BONI BONII IVRISCONSVLTI CORTONENSIS

ϖαιδειών

LIBELLVS AD TITVLVM DE ADQVIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.



NEAPOLI

Excudebant Raymundus Amatus, & Ioan du Boy socij.
Anno D M D LXVI.

BONVS BONIVS IVRISCONSVLTVS Cortonensis Eccellentiss. & Clariss. FRANCISCO ANTONIO Villano Regiæ Cancellariæ regendæ præposito. S. P. D.



MITTO Ad te πειραϛικὸν libellum, quem industria quanta maxima potui, ad titulum De Adquirenda, vel Amittenda possessione scripsimus. Namq; omnem nouam possessionis rationem, & à communibus Veterum, & Nouorum iuris interpretum commentis planè abhorrentem continet. Tute scis modò quid roget is qui nouum libellum ad hominem, & eloquentissimum, & sapientissimum mittit: non opinor, vt se in iureconsultorum possessionibus oppidoquàm fructuosi inscitiæ tanquam censor condemnes, sed vt secum iisdem vsurus negligenter pastinatas diligentius repastines: hunc (vt me tibi indicem) ad te (si videbitur) quàm subtilissimè expoliendum, & limandum dedi, Nam de ipso perinde, ac pronunciaueris apud omnes iudices fortunam est inuenturus. Commodum est hoc opus, atq; haud scio an de humani ingenij operibus longe commodissimum Iurisconsultorum optimè de hominum genere meritorum sententias nostris hominibus ad fidem, & veritatem expressisse, et eas paucis quidem, sed ex maximè raro hominum genere viris persuasisse. Hic igitur libellus, quandoquidem certos homines non hebetis stomachi quibus ipsum non primoribus labijs modò libandum, sed omnino degustandum tradideram, meos laudatores nihil moror, si stomachum tuũ non dico saturat. Vix enim id in hac ingenioli exilitate sperandũ, sed si modò reficit, & recreat, vel titillat, vicimus. Sin autem hunc respuis, non recuso, quin in bonarum artium disciplinis, in quibus ætatem penè totam

consumpsisse non inficior, omnibus palmam tradam; Iam rescire quid sentias gestio, & iuxta (quis credere posset) laboro. At qui in hoc libello si tibi non congruentia superioribus suadere videbor; discipulis imputato, quibus introductionem dictaueram, scænæ profectò Veriusquam ingenio obseruiens. Nam cum Pythagoreorum more magis auctoritatibus veterum, & nouorum iuris interpretum, quàm rationum momentis trahantur, non è re mea duxi, omnes continuò scholas veteres, & nouas labefactare, sed vt suadendo cæcum illum auctoritatum amorem sensim dissuerem potiusquam rescinderem, operam dedi. Atq; vt deierare liquidò possum, nullum responsum huic titulo attributum, à quoquam veterum, aut nouorum iuris interpretum ad iustam Auctoris sententiam explicatum; sic nos duodecim dierum scholas multto probabiliores, & concinniores fuisse, vel sacramento contenderim. Et ne fortè mihi excussum pudorem, & modestiam existimes, qui me vnum tantis, ac talibus viris cõparem, scito me iã antea prouidisse fore, vt hoc παράτῳ libello nouos aduersus me crabrones excitarē, ac sermonum acculeos, vel reconditos, vel in alios paratos in hoc caput elicerem. Equidē, vt de nouis interpretibus, vnde in me præsentior inuidia semper effluxit, dicam, Budeum, Zasium, Alciatum, Connanum, Duarenum, Hottomannum, Cuiacium semper honoris caussa à me nominatos tota Gymnasia obtestor, quos propè solos nostra memoria extitisse video, qui non modò iuris prudentiam prudentiorē, sed ius latinum ipsum latinius reddiderint. Atq; eosdem existimo, qua fuerunt ingenij magnitudine, & industria, si in vnius veritatis studio vim illã, quæ summa fuit, consumere voluissent, non modó possessionis rationem omnē doctius, ac verius tractaturos fuisse, sed totum ius ciuile acutissimè, & sapientissimè interpretaturos. Quid enim illis doctius? quid ingeniosius? quid in iuris apicibus dijudicandis acrius, & solertius scholæ vnquam viderunt? Illi sanè principes, latinæ orationis lucem

in Gymnasia sola barbaricè personantia attulerunt. Enimuero plerique perboni iudices, id quod omnium in ore esse velim Iurisprudentiam quam Iurisconsultus profitetur in horum omnium pectoribus insedisse, sed eius medullam Alciatum fuisse dicunt. Quid enim non praestarent homines, quorum illa virtus animi excellens bonis disciplinis semper dedita fuerit? vt liquidò illi ipsi iudices, qui omnium ingenia nossent; Iuris sapientiam istorum cupiditate animi, & ardore dignissimam pronunciarint, sed eos malum aemulandi inter se studio, & gloriolae ex alterius reprehensione carpendae, velut vento ipsam veritatem improuiso preteruectos omnia infuscasse, & turbasse, atque è iure digesto chaos (vt Graeci aiunt) miscuisse non sine acerbo animi dolore dicunt. Atqui in praestantibus ingenijs nescio quomodo facillimè laudis cupiditas innascitur. Certè quidem, vt se ipsi ponderibus suis examinare cuperent, qui eis per sectas, per fauctores liceret? Iam tum viri quamuis prudentes, & politici in aliorum pro se contentione, si semel frigent, aut tantillum remittunt, continuò à suis sectatoribus, atque clientibus deseruntur, ita in aemulationem mutuam, vel potius riualitatem haud suo iudicio, sed fautorum studijs prolabuntur. Atqui vt in picturis duae eminentiae quum in arduum nituntur, simulachrum quoddam aemulae cõtentionis pariunt, sic vita, atque vsus est Doctorum inter se hoc sapientiae tanquam stadium ad palmam currentium, Nam qui iureconsultorum pectora ista, qui ciuilibus vndis (vt ait Horatius) immersi tanquam fluctu, sic foro obruuntur ex vi maiorae gloriolae eximas, quae ne Platonis quidem, & Xenophontis, & Aristotelis Philosophicas mentes intactas reliquit. Non sum, inquam villane ea stultitia, vt quos generis humani commodis, & ornamento natos esse omnes merito gaudent, quosque vno omnium ore laudari sine exceptione audio, apertè despiciam, & asperner, quin oratos potius volo, & studeo,

vt qui in vita sunt reliqui, ab ambitione paulum vt respirent, & conquiescant, qua refrigerata diuinam illam hominis particulam (quæ animus, & mens dicitur) totam veritatis studio dedant. Tum planè inscitiam, & Barbariem æquo animo iuris possessionibus extorrem aliò exulatum ire videremus, quas boni omnes oculis fugiunt, quas auribus respuunt, atq; animis reijciunt, quarumq; recordatione ipsam toti mente, & corpore perhorrescunt. Itaq; hoc primum deprecor, ne me tantos viros lacessere, atq; inscitiæ reos agere putes riualitatis citius nomine in ius traherem, quorum iuris omnis scientia tantis laboribus, atq; lucubrationibus parta vnius, atq; alterius loci ignorationem meritò purgare possit, sed homo simplex cum astu forensi congredi planè caueo, deinde mihi hanc dicam ne deneges, quam omnibus scriptam volo, SI NEMINEM VLLIVS DE ADQVIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE RESPONSI CAVSSAM ET RATIONEM AB AVCTORE TRADITAM SCIENTIA COMPREHENDISSE LIQVET. nempè certos homines legimus suspicione magis, & vt loquuntur diuinatione pauca illa in iure posita de naturali, & ciuili possessione præsagiisse, quàm arte, & ratione præscisse, ac præsensisse: quorum diuina, & opiniosa ingenia non modò non contemno, sed vt Sybillam Pithiam (quam dicunt Terræ vi, aut furore carminibus non inconcinnis vaticinatam fuisse, tametsi nihil vnquàm de magistro didicisset suspicio atq; admiror magis quàm imitor. At verò Villane Clarissime non hic vates, sed iuris interpretes quærimus, quorum præsagia vt alias summo honore pro eo ac debeo affecerim, sic nunc interpretum in vita communi vsum maximarum rerum, & Rei. Publicæ gerendæ experientiam verborum deniq; quibus res notantur si-

gnificationis cognitionem quæ sine Græca, atq; Romana eruditione perfecta haberi non possunt omnibus rebus anteponere non dubitem. Si illi quidem diuini in viam primis pedibus ingressi in recto progressu perseuerassent, aut de via se aberrasse ingenuè confessi fuissent, magis animi iudicio hoc quicquid erat pauxillum, quàm Sybillani vi incitatos dicere credidissem. Quid quod ne illos quidem toto libello nominatim notaui (Sed quàm id Dij boni decebat qui legum scripto intricati, hoc vnum nauant vt sese quacunq; extricent, tum delendis publicis literis, tum per speciem Archetypi subijciendis, tantùm abest vt pro eo ac commiserint, lege reos peragam. Cæterùm vt eos pessimè de Re. pub. mereri existimo, qui veterum optimos libros redemptos summo cum flagitio cælant, Ita vt neq; sibi neq; alijs sapiant, sic illos in vltimas oras exterminandos censeo, qui se iuris Aristarchos nominare non dubitant, dum passim iuris scriptum ipsum quo iure, quaq; iniuria interuertunt. Castigatores scilicet, limatulos, & subtiles, qui doctissimi hominis nomen suæ intemperiæ prætendunt. cum non Aristarchos, sed Phalares Germanos (vt Cicero vocat) Grammaticos palam agant, qui legi humanæ vitæ parenti, & conseruatrici manus afferunt, eamq; suis stylis impunè confodiunt, quod ipsos nomophylaces siue Censores depudeat. Iam quis non istos omnis Antiqui, & Augusti iuris interpollatores grauius testamentarijs subiectoribus puniat? Hi priuati alicuius tabulas in suum interdum commodum peruertunt. At legis Aristarchi publicas literas, & album prætoris suo, ac communi malo corrumpunt, Hi fraudem vni machinantur, illi antiquarij, quos maximo numero vndiq; ad scripturiendum cōfluere videmus omnibus damnum dant, & incommodum. Ac mihi gentium mores & instituta, quæq; præclarissima memoria repetenti, nihil nomothesia siue legis latione, neq; melius, neq; sapientius quic-

quam videtur. in qua vt Solonis diuinam sapientiam admirari, & cõ memorare soleo, sic interdum nostrorum decemuirum prudentiam re quiro. Is Solon *qui & sapiens vnus fuit ex septem, & legum scrip tor solus ex septem omnia iudicia popularia constituit. homo erat ne quis sapientem extra se quaritet, nihil humani à se alienum putabat, remq; ipsam publicam velut vnum corpus esse voluit membrorum mutua inter se ope, curandum, tuendum, ornandum.* Decemuiri *paucu las actiones populares, & eas in foro tanquam velitares ad ius suum populo tuendum induxerunt. ita libentissimè in istos legum oblitera tores inuehi gestirem, sed actutum more* Romano *impedior. qui enim his moribus popularem actorem ferant, qui Censores sustulerunt? Iam longiori diuinatione qua vti causidicus exercitata lingua ac celeri potest, aut fatigarer, aut vincerer. Quid quod pragmaticus quisq; vulgarem habet in summa lingua exceptionem,* EXTRA QVAM SI Nolim *certè inprimis bono populari stultus videri, & inusitata legu lei præscriptione erubescere.* Illud *verò quantæ indignationis, & mo lestiæ esse putas, iusti accusatoris præscriptiones declinare? quæ dum disceptantur, & expediuntur iam seculum est, nam illo iure mæro ante dijudicandæ sunt, quàm quis inter reos recipiatur, & quod hoc mihi ferè persuasum est quippe cui* παρὰ νῶν *etiam auctori aliquid interdum persuaderi non iniquum est illos posthac non deferre argue re, accusare, peragere, sed leui digito, si modo hoc à me satis habeas indicare.* In *quo facilè ab illis subleuor, quòd manifestò, & quidẽ impunè, & deprehendantur vbiq;, & deprehendi gaudeant, nisi tu digitum tibi quam rem auctorem dari mauis.* Atq; *cum illis quando ita mores ferunt, si non in gratiam redire me vis, at certè posthac nullas inimicitias exercere sine in animum inducam; itaq; vt illis in iuris legumq; quasi possessionem via appia ingredi à me semper fuit.*

& est integrum sic licenter cum omnium periculo deerrare, sic omnes in tenebris solis auctoritatibus micando fallere sibi ne permittant, fœderi ascribemus. Hoc enim flagitium, & plagium quacumq; & quidem primo quoq; tempore reprimendum, & vindicandum videtur, quod his ariolis hodie vulgo creditur, sed iisdem me semper candido erga se animo fuisse, nec quicquam priusq; inscitiæ iuris exitium, vel in vltimas terras exilium videre voluisse testis est hic libellus, in quo ipsorum opiniones, ne dicam ineptias, disertè ac nominatim refellere super habui quod cum veritatem ipsam in ius suum restituerem, eamq; in Triboniani compilatione velut in regno Auito (vnde extorris apud cimmerios iam mille amplius annos delituit) stabilissem, & confirmassem falsitati non modò locum non reliquisse, sed omnes ad possessionis, vias, calles, semitas, aditus sepsisse, atq; interclusisse satis mihi videbar. Itaq; mihi hanc telam Villane doctissime texui, quæ vides vt neq; doctorum, neq; indoctorum gratiam demereri possit. Docti nostratia de possessionis ratione noua inuenta à se, aut non animaduersa, aut præoccupationibus in tempus vacuum intacta reiecta, multum tamen à suis traditionibus dissidentia nunquam æquis animis laturi videntur. Ab imperitis verò quibus nihil quicquam (vt Comicus ait) iniustus, quid me tandem boni sperare iubes? Egregia verò fortuna me versat, quæ homines iuris rudes, & ignaros de iure possessionis, & liberali humanitate iudices in consilium mittit. Tu verò Villane clarissime in ipso rei articulo si dormis quæso atq; obsecro expergiscere. Nam me nisi caues, aut leuitatis, aut inscitiæ à leuibus, & inscitis damnatum iam iamq; in sordibus videbis. Cogitare certè debes pro tua mei cura, pro tua in omnes Iustinianeos Antecessores humanitate eum qui in lucem aliquid edit, se omnibus liti offerre. Deinde in quo altera iudiciorum pars ini-

quissimè turbatur, iisdem & accusatoribus, & arbitris se iudicandum dedere. Postremo quod eius simplicitati atq; candori gratiam & fauorem accersere, si ius, & æquitas valuissent, debuit, eò dedita opera homines præsenti vitiorum indole inflati ad eius perniciem abuti videt. Nempè testimoniis. quid enim aliud librorum, quàm testimoniorum quo quidq; modò dixeris, aut scripseris sine consignatione editio: Huic meæ solicitudini, & periculo non dubiè maximus temporis iniquitate cumulus accessit, vt iam nihil spei, quam tamen leges miseris reis facilè tribuunt, idq; aduersus hominum impotentiam asylum sanctius constituunt in meorum inuidorum, & inimicorum iudicum siue Doctorum siue indoctorum reiectione mihi relictum sit. quid dico meos? immò omnium atq; adeò humaniorum musarum capitales hostes, siquidem eas oderunt nunquam amaturi. Nunc tu in iudiciis mirificam aleam inesse perspicis, qui meum ingenium quale sit perspicere potes, ac vires perpendere, nihil clienti in his erumnis posito opis aliquando feres, qui tota vita tua vnius signa me secuturum profiteor: Nec ad alius profectò manus vt respicerem vnquam animus tulisset. Iam opitulandum est ne mora tibi non voluntatem, de qua satis mihi persuasum est, sed facultatem adimat. Quo enim mihi machinas post bellum? Tantam in populo sapientiæ opinionem habes, vt tuo solius suffragio omnium puncta ogantur. Quis enim ei vnde steteris homo ista virtute, non cupidissimè adiutor, fautorq; adsit? Nam quales hodie principum sunt venti, tales ipsorum sectatores sibi afflari facilè sperant. Tuum igitur patrocinium aduoco, & mihi semper numen inuoco, cuius auxilij ea, mihi crede, vis est, atq; auctoritas, vt quamcunq; in fortunam incideris, sectam fidelissimam tibi factura videatur. Quare in te vnum hoc tempore intuar necesse est, in quo bonorum omnium effigiem expressam esse video, vt tuis

tanquam Thesei manibus Veritatem ab inferis reducem Velut post liminio in suas possessiones reponam. Vides quæ tuis pene manibus exorsus sum, idcirco quamprimum Bonio de te pendenti prouide, & faue, ne dum te auxilium in tempore rogo, patronus clienti defuisse videare, & si nullum triarium amicum quando eó angustiæ sum redactus inuenio, Græci Rhetoris, quod genus hominum Viam in medijs flammis inuenire solet, translatione Vtar, ac me hystrionem quidem huius esse fabulæ, sed te poetam ipsum Vel in foro testes faciam. Iam Verò Vt Vnde cœpi ibi desinam, in quo meorum ratio num puncta sunt omnia, si nostra peithana Vel nutu abs te probari haud dico ex tuis literis, sed cuiuscunq; domestici sermunculo semel intellexero, sine controuersia Voti compos mihi videbor. Nec impigre tibi, id quod facio, Vt tanquam eximius opifex tuis operibus gaudeas & oblectere, gratias agam, simul, & musis bouem cuius Voti sponsionis reum me statuo, quod Pythagoram fecisse cum Geometricum quiddam recens excogitasset, Cicero memoriæ dedit, libenter imolabo.

Bene Vale Villane Clarissime,
& nos defende.

Dat. Neapoli 3. no. Aprilis. M D LXVI.



Tabula eorum omnium quæ in hoc libello continentur.

Participia in duas concepta iuris præcepta complectuntur numero. 1.
Concipitur Rubrica de adquir. poss. singulari numero, quod possessio artis nomen sit, numero. 2.
Applicatio huius tituli sup. t nume. 3.
Quę in adquirenda possessione requirantur nume. 4.
Seruus animo suo intrare in possessionem potest nu. 5.
Possessionis vera diffinitio nu. 6.
Diffinitionis elegans explicatio nume. 7.
Qui pro possessore rē possidet ciuiliter & naturaliter possidere dicitur nu. 8.
Naturalis possessio pro animo & corpore possessione accipitur nu. 9.
Pupillus naturalem possessionem sine tutoris authoritate amittere non potest, corporalem potest, nu. 10.
Naturalis possessio alia est ab ea quæ corpore possessio dicitur, quę eadem ciuilis nuncupatur, nu. 11.
An vitiosus possessor possidere dicatur nu. 12.
De genere possessionis eiusque formis noua explicatio nu. 13.
In solidū plures possidere non posse qualiter procedat vera explicatio nu. 14
De mutatione caussę possessionis vera contemplatio nu. 15.
Varia nomina possessionis pro suo, vel pro possessore, nu. 16. & 17.
Ciuilis, & naturalis possessionis obtinendæ ratio, nu. 18.
De clandestino possessore nu. 19.
Possidendi, & tenendi differentię nume. 20.
Violentus possessor aduersus extraneos interdicto defenditur, nu. 21.
De ciuili, & naturali possessione elegans disputatio, nu. 22.
Vitiosus possessor ciuilem, & naturalem possessionem in alium transferre potest nume. 23.
Adquirendę possessionis, & possidere noua differentia, nu. 24.
Iustę, & iniustę possessionis exempla, nume. 25.
De origine iurisprudentiæ, nu. 26.
De origine ciuilis possessionis, nume. 27.
De priuilegijs possessionis, nume. 28.
De nomine iuris antiqui, nume. 29.
De media iurisprudentia, & eius constitutionibus, nume. 30.
De directis ac vtilibus actionibus, nu. 31.
Ex Valerio exemplum pulcherrimum nume. 32.
De ratione ciuilis possessionis, numero. 33.
Ciuilis possessionis diffinitio, nume. 34.
De ratione separatorum, nume. 35.
De verbo retinere, nu. 36.
De pronomine tuum, numero. 37.

†

Ciuilis possessionis argumentum, nume. 38.
De verbo iuris, & facti, nume. 39. & 40.
De varijs iuris ciuilis locis, nume. 41.
De artificio diffiniendi nume. 43. & 44. & 45. 46.
De latinis vocibus Labeonisque peritia, nume. 47.
De verbo manumittendi, ac de etymologia, nume. 48.
Explicatio subtilis. l. 1. de iust. & iu. nume. 49. & 50.
De etymologia possessionis, nume. 51.
De pacti veriloquio, & edicti, nume 52.
De pacto, & pactione, nume. 53.
De etymologia verbi soror, auarus, frater, testamentum nu. 54. 55. 56. 57 58. & 59.
De more apprehendendæ possessionis, nume, 60.
De pede pulchra, & noua consideratio, nume. 61. 62. & 63.
De verbo possideo, & possessio, nume. 64.
De nominibus artis, numero. 65.
Quæ possideri possint, nume. 66. & 67.
Possessionis diffinitio ex Festo, nume. 68.
De nomine testamenti Grecorum, & Latinorum pignoris, & hypotecæ, & differentia, nume. 69. 70. & 71.
Legis traditionibus. C. de pac. verus sensus, nume. 72.
Quid sit, iuris & corporis possessionem esse noua explicatio, nu. 73.
An pupillus furiosus & infans possidere possint, nu. 74.
Non hoc sed illud sed & nunc dicendi generibus, nume. 75.
De infante an tutore authore possidere possit, nume. 76.
Legis donatarum verus sensus numero. 77.
De furioso mente capto numero. 78. 79. & 80.
Iuris & facti vera explicatio nume. 81. & 82.
Quid sit animum facti esse, nume. 83. & 84.
Quod lex vni infanti accommodet, nume. 85.
Rerum donatarum inter coniuges veram possessionem, nume. 86.
De seruis qui in fuga sunt, necnon de his qui liberale iudicium aduersus dominum susceperunt, nume. 87. & 88.
De seruo hæreditario, & de seruo legato, nume. 89. & 90.
Prelegati formula eiusque ratio numero. 91.
An à legatario legari possit nume. 92. 93. & 94.
Quid sit in præsentia esse nume. 95. & 96.
Mutui singularia numero. 97.
Paragraphi ex pluribus verus intellectus nume. 98. 99. & 100.
De iudicio possessorio, numero. 101.
Dominium finis est possessio verò modus, numero. 102.
De auaris numero. 103.
Actionis personalis formula numero. 104.
De possessione vi clàm vel precario apprehensa nu. 105. 105. 107. & 108.

De differentia possessionis qua deagitur hic & in titulis interdictorũ, nu. 109
Regulę huius duos insolidum possidere non posse vera explicatio, nu. 110.
Dominus aduersus occupatorem naturalem possessionem retinet, nu. 111.
De iusta, & iniusta possessione nume. 112.
De vtilitate ciuilis possessionis nume. 113. 114. 115. & 116.
Legis si duo vti possidetis verus sensus nume. 118.
An seruus, inquilinus, colonus, vsufructuarius, precarij possessor possidendi affectum dominis adimere possint numero. 118.
De seruo peculiari, numero. 119.
De terrore à latronibus incusso, numero. 120.
De acquisitione & amissione possess. eiusque speciebus nu. 121. 122. & 123.
An per decessionem serui, vel coloni per quos corpore possidebam possessionem amittam, numero. 124. & 125. (127. & 128.
Poss. amissionem duplicẽ esse alterã voluntariã, alterã violentam. nu. 126.
Singulari fauore iuris ciuilis domini per seruos veluti per animata instrumẽta possessionem retinent, nume. 129. & 130.
Dominus per seruum peculiarem possidet quod animus domini eius corpori adhęreat, atque assistat, nume. 131.
Magni interesse vtrum nemine an aliquo custode derelicto fundo absim numero. 132. 133. 134. 135. 136. & 137.
Legis peregre legis id quod h. t. verus intellectus nume. 138. & 139.
Legis si de eo. §. 1. verus intellectus numero. 140.
De negligentia in rebus mobilibus, & soli, nume. 141.
An plures ciuiliter insolidum possidere possint, nume. 142.
De fictis traditionibus multa explicantur numero. 143.
Legis cum quis de dol. mal. verus sensus numero. 144.
An qui errent ignorent, numero. 145.
Legis fin. C. eo. verus intellectus, numero. 146. 147. 148 & 149
Saltuũ exemplũ emphaticoteros à iurisconsultis vsurpari, nu. 150. & 151
Duplex est pastio numero. 152. & 153.
Fictitia rei contractatione neminem furti alligari nume. 164. & 165.
Furtum sine affectu furandi non comitti, numero. 166.
De veteri deposito vel commodato numero. 167.
Neminem sibi ipsi caussam possessionis mutare posse nu. 168. & 169.
Legis qui bona h. t. verus sensus numero. 170.
Qui vsucapit ciuiliter & naturaliter possidere debet, numero. 171.
Vsufructuarius & huic similes caussam possessionis mutare nõ possunt numero. 172. & 173.
Vnum esse genus possidendi numero. 174.
Possessiones pro suo vera explicatio, numero. 177.
Qui in potestate nostra est iustam possessionem non corporalem nobis adquirere potest, numero. 178.
Ee seruili conditione subtilis tractatio, nume. 179. 180. & 181.
Qui vindicat probare debet se dominum esse numero. 182.

Vnum genus est possidendi qd qualiter diuidatur verè explicatur,nu.1 8 3.
De ratione generis & speciei,numero.1 8 4.
De clandestina possessione numero.1 8 5.1 8 6.&.1 8 7.
Quod ipsi solo animo possidemus quousqꝫ retineamus numero.1 8 8.
Quod serui vel coloni corpore possidemus quousqꝫ retineamus nu.1 8 9.
Vt possessio animo,& corpore adquiritur sic nunquam amittitur,nisi in qua in contrarium vtrumqꝫ actum est nume.1 9 0.
Animo amissionem possessionis corpore amissionem trahere non è contra numero.1 9 1.
Modum animo amittendę possessionis iure consulti frequentius quàm corpore amittendi genus vsurpant,nume.1 9 2.
Corpore possessio hoc titulo sineanimo esse non potest licet animi possessio sine corpore esse possit nu.1 9 3.
Possessionem corporis & iuris esse qualiter intelligatur,nu.1 9 4.
Qui possessionis caussam sibi ipsis mutare dicantur,nu.1 9 5.
Vsufructuarius quomodo possidere dicatur.item creditor;item qui precario accepit,nume.1 9 6.1 9 7.&.1 9 8.
Quid sit possidere,& in possessione esse,nu.1 9 9.
Paragraphi nihil commune vera declaratio,nume.2 0 0.
De actionum formulis nume.2 0 1.
De actionibus legitimis nu.2 0 2.
Reiuendicationis obiectum dominium esse,nume.2 0 3.
De interdicto vti possidetis,nume.2 0 4.
Festi formulas legitimarum actionum,ac interdictorum explicatis nu.2 0 5.
Agentem interdicto retinendæ aut quocunqꝫ alio non repelli exceptione vindicationis nume.2 0 6.
Paragraphi æque insti.de actio.verus intellectus,nume.2 0 7.
Qualiter traditionibus rerum dominia adquirātur,nu.2 0 8.
De missilibus rebusqꝫ pro derelicto habitis,nume.2 0 9.2 1 0.&.2 1 1.
De mancini delitione nume.2 1 2.
Ferarum rerumqꝫ iure naturali communium possessionis amissionem secum dominij amissionem trahere nume.2 1 3.
Dominij ac possessionis differentiam nume.2 1 4.
Dominij diffinitionem eleganter explicari,nu.2 1 5.&,2 1 6.
Vsusfructus qui seruitus personalis est quam actionem pariat confessoriam negatoriam an ciuilem in rem actionem nume.2 1 7.
Dominium finis est possessionis nume.2 1 8.
Dominij & possessionis differentia,nume.2 1 9.
Dominium iurisgentium esse iurisqꝫ ciuilis qualiter intelligatur,nu.2 2 0.
Quid inter proprietatē & dominiū intersit probabiliter explicatur,nu.2 2 1.
In amittenda possessione affectio eius qui possidet,& tradidit non eius qui accipit intuenda est,nume.2 2 2.
Legis si me in vacuam verus sensus nume.2 2 3.&.2 2 4.
Legis possessio hoc titulo verus sensus,nume.2 2 5.&.2 2 6.

De verbo iuris, & facti numero. 227.
Quæ caussa fuerit introducendæ hæreditatis, nu. 228.
Hæreditati furtum fieri non posse, nume. 229.
Legis primæ. §. scæuola si quis test. lib. esse in. fu. nume. 230.
Ciceronis epistolam ad trebatium verè explicatam nume. 231.
De iure postliminij, numero. 232.
Marcelli ac Triphonini controuersia in hac re postliminij eleganter explicata numero. 233.
Legis in bello paragrapho facti verus sensus, nume. 234.
Postliminium animum possidendi quiuis est redintegrare hoc est ciuilem possessionem nume. 235. & 236.
Pupillus corpore tantum possessionem amittere potest, animo verò non potest, quare nec naturalem amittet, nume. 237.
Pupillus multis iuris partibus furioso fauorabilior est, nu. 238.
Quid sit plus in re esse, quàm in existimatione, nume. 239.
Legis alienationis de verb. sig. verus sensus, nume. 240.
Aliud est adquirere possessionem aliud possidere nu. 241.
Quid possessio ab agro differt subtiliter explicatur nume. 242. & 243.
Legis si seruus depositus paragrapho primo de nox. verus sensus nu. 244.
Legis secundæ si certa. pet. verus sensus, nume. 245.
De speciebus alienationis nu. 246.
De vsucapione legisque duodecim tabularum constitutione nume. 247.
De vsu ac authoritate quæ ex vsucapione proueniscitur, nu. 248.
De agris vectigalibus deque embateuticis perpetuariisque prædiis nume. 249.
De emphiteusi & embatia numero. 250.

FINIS.

FABIVS PVLVERINVS V.I.D. Dei, & Apostolicę sedis Gratia Episcopus Isclanus Illustrissimi, & Reuerendissimi, P. D. Marij Carrafę Miseratione diuina Archiepiscopi Neapolitani in spiritualibus, & temporalibus Vicarius, & offitialis generalis, honorabili viro Raymũdo Amato, & Ioã. du Boy Impressoribus vt valeant, & possint per se, vel aliũ seu alios impressores in ciuitate, & diocesi Neap. imprimere, & imprimi facere opusculum, & tractatum nouiter ęditum Incipientẽ Boni Bonij Iurisconsulti Cortonensis ad titulum de acquirenda vel amittenda possessione; harum serie tanq̃ ritè & recté gestũ & a fide Catholica non deuiantem, licentiam in domino concedimus, & impartimur. Dat. Neap. die 23. mensis Martij. M D L X V I.

Imprimatur
Fabius Episcopus Isclanus, & Vicarius generalis.

Io. Mattheus Venetia.

ERRORES SIC CORRIGENDI SVNT.

Folio. 9. à tergo in finali postilla legitur. §. pōponius: legendū est. l. pōponius
Folio. 10. linea. 20. legitur & eas vina. legendum est & vina.
Folio. 13. à tergo linea. 11. legitur possessionem: legendū est possessior .
Folio. 19. à tergo linea. 27. legitur rart: legendum est rati.
Folio. 24. linea. 29. legitur confessionem: legendum est confessoriam.
Folio. 25. à tergo linea. 20. legitur exemplo: legendum est ex empto.

BONI BONII IVRISCONSVLTI

Cortonensis Ad titulum de Acquirenda vel amittenda Possessione.



RVBRICA De Acquirenda possessione inscribi-
1 tur, id est quomodo acquiri
possessio debeat: hoc enim
tituli participijs [a] in dus
exeuntibus concepti, vt
quum maxime pręcepta
iuris complectentes, significāt, sicut de rebus aucto-
ritate iudicis possidendis,
[b] Finium regundorum, [c]
Familiæ herciscundę, communi diuidundo, de liberis
hæredibus [d] instituendis, vel exhæredandis, quod &
his affinia gerundia denotant, vt de satisdando, [e] de in
2 ius vocando, de Edendo, de in litem iurando. Concipi-
tur autem rubrica singulari numero de Acquirenda
possess. non de acquirendis possessionibus, [f] quòd hic
possessio magis est artis vocabulum, quam consuetudi-
nis, [g] quum à rei proprietate seiūgitur, ideoq; singu-
3 lari numero ad docendum aptius. Enimuero superiori
titulo [h] tractatum fuit quo modo rerum dominia iure
gentiū, sed rectà ab apprehensione nanciscamur: nunc
agitandum quomodo possessionem (quę dominij ac-
quisitioni destinatur: vnde progressu temporis & ve-
lut legis ductu rei domini euadamus) eodem iure ac-
4 quiramus, in quo duo necessaria sunt, vt qui apprehē-
dit, acquirere, & possidere possit: [i] itemq; vt res, quę
apprehēditur possideri possit. [k] Nam seruus etiam
animo suo intrare in possessionem dicitur, [l] quia ea res
5 facti sit, nec tamen acquirit nisi domino scienti, qua in
specie dominus animo suo, sed corpore serui possidet.
Res autem sacrę, religiosæ, & sanctę ciuiliter possideri
6 non possunt. [m] Est autem possessio rei corporalis ap-
prehensio, quod verbi ethymon indicat, [n] quia natura
liter res tenetur ab eo qui ei insistit. Adderem definitio-
ni, acquirendi gratia, id est affectu dominij habendi, [o]
7 vel sibi tenendi, nisi id rubrica de acquir. possess. planè
indicaret. Hic enim tractatus de possessione instituitur

[a] Docto. in rubr. C. de eden. & de actio. inst.
[b] Glo. rub. & l. 1 & 2. de bon. auth. iud. poss.
[c] dictis titulis.
[d] l. 1. & 2. & l. inter cętera de libe. & posth.
[e] l. 1. C. de satisd. gloss. rub. de form. & impetrat. sub lat. l. 2. & per totū de in ius vocā. l. 1. §. editiones. l. argentarius. §. edi de edendo. l. videamus de in litem iurand.
[f] l. 3. §. genera hoc tit.
[g] l. interdum de ver. sign.
[h] l. 1. eod. ti.
[i] l. quū heredes. § 1. & seq. cū l. seq.
[k] l. quū heredes. §. fin. hoc tit.
[l] l. stipulatio ista. §. hæc quoq; de ver. oblig. l. 1. §. hæc quę de seruis hoc tit. & §. item acqrimus. l. quod seruus. l. acquirit. sup. tit. 1. l. labeo infra de vsuc.

quæ naturaliter acquiritur: idque, propemodum fit, quum aut dominium nobis acquiri putamus. & ex ea caussa possidemus ex qua acquiritur. Sed uerè hoc an falso [p] existimemus, parum refert, & quicquid pro nostro apprehendimus, cuiusmodi omniaque mari, [q] terra, cœlo capimus, aut quæ alluuione fluminum nostra fiunt, itē quę ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus, uelut partum hæreditariæ seruæ, aut emptæ ancillę, pro nostro possidemus. [r] Similiter fructus rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hæreditate inuenta est: [s] aut quum non bona quidē fide, sed tamen ex titu-
lo rem apprehendimus. Nam licet pro possessore rem 8
habeam, ciuiliter tamen, & naturaliter possideo, veluti si sciens à non domino rem emero, [s] aut si uir uxori, uel uxor uiro donationis caussa possessionem cedat. [t]
Vnde ferè semper hoc titulo, & superiori naturalis, p 9
animo, & corpore possessione accipitur, [u] nisi alicuius verbi adiectio corporalem possessionē designantis, aut
subiecta materia aliud suadeat. [x] Vt enim pupillus do- 10
minium rei iuregentium acquisitum sine tutoris authoritate alienare, uel amittere uoluntate non potest, [a] sic nec possessionem naturalem eodem iure quæsitam animo amittere: [b] quum eius animus tutoris animo contineatur. Qui tamen corpore possessionem alteri tradere potest, [c] ita vt corpore possidere desinat, quod ea res
facti sit: sed nihilominus animo naturalē retineat. Est 11
igitur naturalis possessio, alia ab ea quę corpore possessio dicitur, [d] quæ eadem & ciuilis nominatur, quum rei incumbimus. [e] sed eius vtilitas clara est, quum fundo corpore absumus, si quidem ciuiliter naturalem retinemus. Cui ciuili caussam dedisse saltus æstiuos &
hybernos constat. [f] Sed ciuilis ex his potissimum dua- 12
bus caussis oritur quas dixi: adeo vt vitiosus possessor, qui prædo, vel pro possessore dicitur quanquam animo, & corpore possideat, non tñ ciuiliter possidere dicatur, sed naturaliter, id est animo, & corpore, vt propemodū sit genus aīo, et corpore possidere, species aūt
ciuiliter, & naturaliter possidere. [g] Ex quo cōsequitur 13
quod vulgo receptum est, duos eandem rem insolidum possidere non posse, [h] de eo intelligi, qui animo, & cor-
pore possideat. Itaq; & illud quod vulgo receptum ē, 14
neminē sibi possessionis caussam mutare posse, [i] de eo 15
accipi, qui animo, & corpore rem possideat, vt suis locis dicemus. Vnde in hoc titulo, qui altero de duobus modis, id est pro suo, vel pro possessore, vt supra de-

m .l. qui vniuersas. §. possessionē hoc tit.
n .l. 1. tit. nostro.
o .l. 1. §. scæuola si quis testam. lib. ius, fue. l. quæcūq; §. 1. de publ. l. sciēdū. §. possessor q satisd. cogan. l. si seruus. §. 1. de noxal. act. l. acquiritur in fine sup. de ac. r. d. l. stipulatio ista. §. hæc quoq; infr. de ver. oblig. l. quod seruus ibi ciuiliter. l. quū heredes ibi ciuiliter, hoc tit. l. sequitur. §. pupillus inf. tit. 1 l. 1. C. cōia de vsucap. l. 2. C. de prescri. 30. ann. Teoph in. §. idem placet, infr. per q̄s pers. nob. acquir.
p .l. 1. 3. & fi. pro suo.
q .l. 2. tit. sup. d.
r .l. 2. pro suo.
s .l. non solum. §. qđ vulgo de vsuc. l. 2. pro herede.
t .l. 1. §. si vir. vxori. l. qđ vxor hoc tit. l. 1. §. deicitur, &. §. qui vi à me de vi & vi arm.
u .l. pupillus de acquir. rer. do. l. 1. §. deicitur infr. de vi & vi arm.
x .l. quod seru' circa fin. hoc tit. l. stipulatio ista. §. hæc quoq; de ver. obl.

16 claratum est possessionem adipiscitur, possessionẽ ac-
quirere, apprehendere possessionem, [a] nancisci [b] pos
sessionem, corpore, & actu possessionem apprehendere,
17 [c] voluntate, & mente rem possidere legimus. [d] Reli-
quos autem qui vi, clam, vel præcario possident, rem
inuadere, [e] capere, ingredi [f] in fundum, intrare, [g] oc
18 cupare [h]. Vt enim ciuilis, & naturalis videatur, nõ ra
tio obtinendę possessionis, sed origo nanciscendę exq-
19 renda ẽ. Quid igitur? clandestinus possessor, & violen
tus possidere non dicetur? immò verò qui rem alienam
vi occupat, qui in fundum alterius animo possidendi
20 ingreditur is vere, & proprie possidet. [i] Est enim pos
sidere animo domini habere. Tenere autem, alieno no-
mine habere. Eleganter Papinianus, & Vlpianus hanc
differentiam in domini, & serui personis expresserunt:
quorũ alter, [k] Qui in aliena inquit, potestate sunt, rem
peculiarem tenere possunt, habere, & possidere non pos
sunt, quia possessio non tantum corporis, sed & iuris ẽ
Vlpianus autem plane ait, si tenere sibi licere stipula-
tus sit seruus, vtilem esse stipulationem cõuenit. licet
enim ciuiliter possidere non possint, tenere tamen eos
nemo dubitat [a] Vnde Theophilum possidendi, & te-
nendi differentiam mutuatum existimo. [b] Atque eius
possessionis gratia licet aduersus deiectũ ita vitiosæ,
21 vt ipsum lex perinde habeat, ac si possideret. [c] Verũ-
tamẽ aduersus extraneos interdicta omnia suo iure ha
bet, adeo vt eundem, sed ab alio quam a quo vi vel
clam possidebat prædio expulsum, lex perinde etiã ha-
beat, ac si possideret. [d] Deijcitur enim is qui possidet, si
22 ue ciuiliter, siue naturaliter possideat. [e] Et quemadmo
dum in acquirendę possessionis tractatu naturalem ꝓ
ciuili, & naturali accipi docuimus, sic ciuilem, quę eadẽ
est naturalis, pro ea quæ ciuiliter ac naturaliter tenetur
accipi dicendum est, nisi quum ciuilis, vt species poni-
tur, naturalis vt genus, quod Vlpianus ostẽdit, [f] quũ
ciuilem id est animo, & corpore possessionem, sed ex il-
lis caussis natam quas descripsi, itemque naturalem, id ẽ
etiam animo, & corpore possessionem, sed alio quodã
genere adeptam, in colonum non cadere respondit. Qđ
autem, vt obiter dicam, Vlpianus his verbis, Nam &
naturalis possessio ad hoc interdictum pertinet, rationẽ
cum dicto conuertere videtur, id non sine gratia fit,
quum illis verbis alicuius auctoritas pro ratione lau-
datur. Quinimmo vitiosus possessor alij rem ciuiliter,
23 & naturaliter possidendã tradere potest, eandemque vsu

[a] .d.l. pupillus cũ similib.
[b] .l. possessionem pupillum tit. no.
[c] d.l. possessionem pupillum.
[d] .l. si id quod. §. qđ aũt tit. no.
[e] .d.l.2. pro hære l. qui bona fide. §. quod scriptũ h. ti.
[f] .l. peregre. §. fin, cũ duab. seq. h. tit.
[g] .l.1. § si vir, &. l. quod vxor hoc tit. l.1. §. deicitur, &. §. qui vi à me de vi, & vi arm.
[h] .l.3. §. ex contrario hoc tit.
[i] .d.l.3. §. illud, & l. qui bona fide. §. quod scriptũ hoc tit.
[a] .l.1. in princ. & §. cœterum & ille.
[b] .l.3. §. Nerua filius.
[c] .l.1. §. si iusserim hoc tit.
[d] .l. si id quod. §. fin. tit. no.
[e] .l. si rem mobilẽ
[f] .l. si id qđ. §. fin.
[g] .l. quod meo. §. si,
[h] l.3. §. si quis nũciet. l. clam. §. qui ad nundinas infr.
[i] .l.3. §. ex contrario tit. no. l. iusta vti poss. l. fi. C. de rei vend. §. cõmodum inst. de ĩterd.
[k] .l. possessio. §.1. infr.

capiendam prębere. [g] Pro suo enim tēporis eius pos-
sessionem tenere incipit, nec dubitatio iuris est vlla in
emptionibus possessionem interrumpi [h]. Deinde aucto
re Africano, si seruum meum bonæ fidei emptori clam
abduxerim non videri clam possidere, quia neq; pre-
carij, rogatione, neq; conductione suæ rei dominus
tenetur, & non potest caussa clandestinę possessionis,
ab his duabus caussis separari. Hæc quoq; iuris est re
gula. Possessionem vitiosam aduersus extraneos pro-
desse solere [i] Et lex [k] prædonem nancisci possessionē
sępe dicit, ne quis eum tantum occupare, sed ingredi in
fundū, vel intrare putet. Quod & solemnia. [l] illa in in
terdictis, & accessionibus, nec clam, nec vi, nec preca-
rio possidere, ostendunt. Quare aliud est acquirere pos- 24
sessionem, in quo iuris sunt præcepta, aliud possidere,
vel rei possessionem nancisci. [m] Nam vt quis sibi po
ssideat, id quauis apprehensione, siue iusta, siue iniusta
perficitur, quoniam authore Paulo, in summa possessio
nis non multum interest, iuste quis, an iniuste possideat.
[n] Iuste veluti iure vsusfructus, vel precarij nomine. [o] 25
Iniuste vt vi, vel clam. His enim exemplis iustam, &
iniustam possessionem ex Trebatij sententia Iulianus
declarat. [p] De naturali possessione plura voluntate sa-
ne quidem dixi, sed pluribus vetus opinio euellenda
fuit, vt nouam insererem

De Nomine Ciuilis Possessionis.



VVM Multa iura, & mores
populi Romani veteres illos
antiquos præterirent (vt fere 26
sunt humana omnia) quæ vix,
ac ne vix quidem, scripto legis
satis comprehendi possunt, [q]
vel consuetudine teneri, lex. 12.
tabularum [r] consecuta est: de-
inde iurisprudentia, quæ formu
lis quod legi deerat excitaret, &
suppleret, ne eius quod æquum bonum semper esse de
bet, iniquitate temporis, rerum vitio, vel hominum ma
litia læderetur. Quum itaq; possessio sit rei corpora-
lis acquirendæ apprehensio, nec facile naturalia vllo iu
re ciuili mutentur, iniquitas tamen hæc emergebat, vt 27
qui peregrè, aut ad nundinas domo, nemine relicto pro
fectus esset, sępe in eius possessionis controuersiam,

[g] Inst. de vsucap. §. quod autem ad eas res.
[h] .l. Pomponius. §. quæsitum h. tit.
[i] .l. si de eo. §. fi.
[i] .l. fin. hoc tit.
[k] .l. clam tit. nost.
[l] .l. 1. in fin. vti possid.
[m] .l. Qui vniuersas. §. quod per colonū, vt ibi dicet.
[n] .l. 3. §. ex contrario inf.
[o] .l. quæcunq;. §. interdum, de publ.
[p] .l. duo insolidū, de rec.
[q] .l. neq; leges cū tribus, sequentib' de legibus.
[r] .l. 2. de orig. iur.

vel potius periculum, quia præsens rei non insisteret, veniebat. Nam quum corpore, quæ princeps est possessionis caussa abesset, eam amittebat, ita vt redeunti noua opus esset apprehensione[s]. Verum quum prima illa, & agrestis hominum vita, saltus [t] hyberni, & æstiui, quos necessario multã anni partem relinquebant, in dominorum potestate moribus retinerentur: Iurisprudentia ciuilem possessionem exemplo saltum excogitauit, qua absens animo naturalem retinere in-
18 telligeretur. Lex verò vtilitatis caussa multa extraordinem in possessione recipit, & vt apprehensiones, traditionesq; fictas [u] mittam, vtiliter induxit, vt alieno corpore per seruum, colonum, inquilinum possideamus. [x] Eadem plerisq; quæ intellectu carent, veluti furioso, [a] mente capto, infanti voluntatem suam, & intellectum accommodat, ad retinendam possessionem, Infanti hoc amplius ad acquirendam. [b] Quidni & legis potestate animo quo valemus possessionem naturalem retineamus, etiam si corpore longè absumus [c] ne si fundo semper inhærendum sit, atq; ab eo ne pedem quidem discedendum reliquas commoditates iacere cogamur, [c] quod certo eueniret, si vt possessio corpore acquiritur, ita nostro corpore tenenda esset. Hoc
19 ius ciuile simpliciter vocatur, modo ius antiquũ [d] solemne, modo ius merum, modo ipsum ius, vt prænomen ipsum græco τό respondeat, quiddã singulare designanti. Vnde hęc plurima in iureconsultorum more [e] obligationes ipso iure contrarijs modis tolli, non item pacta pactis. Hanc antiquam Iurisprudentiam al-
20 tera pene ijsdem vestigijs insecuta est, quæ secundaria est dicta. Ex hoc fere fonte ius postliminij manauit, ac omnia pene singularia iuris contractuũ præcepta, quæ veluti supplementũ Iuris antiqui succentariata sunt, quæ & legentibus digesta sese facile offerunt. Hinc vtiles actiones [f] deriuatæ, quum directa, siue legitime
21 ex legum verbis concipi non possent, & euellenda, vel reprimenda esset, ac corrigenda rei iniquitas, vtilibus iudicijs nobis consultum est. Sic Caij. Aquilij tempore licebat contrahentibus, emendo, [g] locando permutãdo, se inuicem circumuenire, cui machinationi, & dolo, ille prolata noua iuris formula obuiam ijt, quam libris Digestorum totam pene consignatam habemus.
22 [h] Quum autem harum rerum exemplis pandectę abũdent, vnum ex Valerio [i] tantum huc exscribam. Triumuiri propositis proscriptionum tabulis bona pro-

[s] .l. Quum hæredes. §. 1. inf.
[t] .l. Peregre. §. fin. cũ duab. sequent. inf. l. 1. §. qđ vulgo de vi & vi armata.
[u] .l. 2. §. si iusserim l. qđ meo. §. si venditerem. l. quarundam cum simil.
[x] .l. quod meo.
[a] .l. quamuis. §. infans, inf. eod.
[b] .d. l. quamuis.
[c] .l. peregre. §. quæsitum.
[d] .§. sed hęc quidẽ de exhær. lib. §. sed ea omnia de leg. ad gn. succ.
[e] .l. stichum. §. naturalis de solu. l. si vnus. §. pactus ne peteret de pac.
[f] .l. si quis id quoq de iur. om. iu. l. pẽ. si quadr. l. sed & Iulianus. §. mutui ad maced. l. nominis de verb. sig. §. fin. inst. ad. l. aqu.
[g] .l. in caussa la secunda. §. idem Põponius de mino. l. item. §. fin. loc.
[h] .tit. de dolo. Cicero lib. de offic. 3.
[i]. Val. lib. 6. titu. quæ libere dicta, aut facta.

scriptorum iure iniuria sectoribus vendebant, aut quibus visum erat largiebantur: sed quum ciues, aut emptores, aut donatarij non sat sui iuris quod è bello ciui li natum esset, securi sibi viderentur Iurisprudentes cō sulebant, vt earum rerum formulā ederent, ciuibusq; cauerent. Atque in ijs Coeselius vir iuris scientia clarus, nullius aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas Triumuiri dederant formulam componeret, hoc animi inditio victoriæ eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens.

De Ciuili Possessione.



VNC De ratione possessionis 33
ciuilis videamus, quę eadem naturalis dicitur, quod ipsam iure singulari representet. [k] In cuius rei cognitione etsi doctores aliqua sibi consent, multis tamen partibus claudicant, vt in arte Iuris ciuilis, quæ multum est opinabilis. Nihil est enim ci 34
uilis possessio aliud, quam naturalis possessionis pro suo, vel pro possessore (caussa quam dixi adiecta) retentio, [l] Si quis enim aliquem in sùum fundum ingredi prohibeat vi, quem vt alienū ante inuasisset, vi deiecisse videtur, ademit enī ei possessionem quam animo retinebat naturalem [m] quæ res hinc dilucidior est, quod naturalem possessionem animo amittere nō possum, vt mihi ciuilis retineatur. nec 35
è diuerso [n]. Ergo nec earum vlla specialis separatio intelligi potest. quandoquidem ea sit ratio, & caussa separatorum, vt alterū sine altero perire, vel consistere possit. [o] Retinere porro est in tuo iure habere, quod ante 36
tenebas [p] Tuum dixi ius respectu possessionis, nō mo 37
do proprietatis, vt iureconsulti loqui solent [q]. Ita dicimus dominium, & possessionem retinere [r]. Iam nisi ciuilis eadem, & naturalis esset iuris potestate, quoties quis pedem fundo discederet, [s] toties noua ei reuertenti possessio acquirenda esset, nec veteris possessionis commoda sentiret, quæ de fundo discessio interpellasset, nec lex dominum animo retinere possessionem diceret, [t] quam per seruum corpore possidebat. Quo quid ineptius, aut vtilitati publicæ magis contrarium induci potest? Itaque animo possessio cum tanquam

k. l. peregre. §. quæsitū inf. l. clā possidere. §. quiad nundinas.

l. l. 3. §. in amittenda. l. si id quod. §. fi. l. peregre. §. fin. cum duab. seq. inf. tit nrō. l. 1. §. qđ vulgo inf. de vi & vi arma.

m. l. 1. §. siue aūt corpore &. §. qui via me infr. de vi & vi arma.

n. l. 3. §. in amittēda. l. quēadmodū.

o. l. 1. i fi. de calu.

p. l. lacus de ac. re. do. l. pomponius hoc tit.

q. l. si aliquā rem infr. tit. nostro.

r. d. l. pomponius.

s. l. cum heredes. §. 1. inf. hoc tit.

t. l. peregre cum

pedibus in re ſemper inſiſtentem commodum facit. Ci-
uilem porrò nihil aliud eſſe quā naturalis poſſeſſionis
imaginem, argumentum eſt fortiſſimum, quod è nundi-
38 nis rediens, [u] ſi in fundum ingredi prohibetur, natura
li poſſeſſione & ciuili deijcitur, vel ſi ſe tantum poſſe
repelli ſuſpicetur ciuilem & naturalem amittit. Nec re-
moueat quod animo poſſeſſio iuris eſſe, naturalis autē
facti dicatur, vt perinde ſpecie tam inter ſe differre vi-
39 deantur quam ius, & factum. Sed in verbo iuris capti-
uncula eſt. Nam ſi ideo iuris eſſe dicas, quia iure indu-
cta ſit, ferrem, modo ita inducta, vt omnino naturali
adhæreſceret, [x] eidemque deſtinaretur, nec alias deſti-
neretur quam vt domino, aut poſſeſſori naturalem re-
tineret, id eſt quam lex non alio iure à naturali ſeiūgit,
vel potius cum poſſeſſore circumducit, quam vt eidē
ſemper adiungat, velut quoquo ſe vertat comitantē.
Ciuilis igitur, & naturalis poſſeſſio [a] eiuſdem eſt gene
ris, id eſt, modi & qualitatis. Qua in ſpecie ne meri qui
dem iuris eſſe videretur, vt non δ'εῖξ à naturali di-
40 ſcrepet, ſed ſola veluti loci mutatiōe. Vnde lex ait, poſ
ſeſſionem plurimum à iure mutuari, [b] quod opinor
animi multarumque rerum inductiones, & ſupplemen
ta ab eo mutuetur. Non quia in acquirenda poſſeſſio-
ne apprehenſio animum non antecedat, [c] vel potius cō
currat, quod facti [d] eſt, atque ita vt ſi iuſſero ſeruum
meum poſſidere, & is in poſſeſſionem intret, vt mihi
nolit, ſed Titio acquirere, mihi poſſeſſionem non eſſe
acquiſitam [e]. Nihil enim poſſeſſio principaliter, & p-
prie iuris habet, niſi quod omnes actiones noſtræ ha-
bent, id eſt, animum, & voluntatem agentis, [f] quum
& ſeruus animum habere dicatur, ſed non acquirendi,
de quo agimus. [g] Ex quo putatur non tantum corpo
ris eſſe, ſed etiam iuris, id eſt, animi, & voluntatis, quā
naturalis poſſeſſionis retinentem, lex ſingulari iure mu
nijt. Eſt enim iuris poſſeſſio. Iuris ciuilis inuentū plus
quam communiter vtile, ne in poſſeſſione ſemel acqui
ſita, pedibus ſemper inſiſtere, [h] atque in ea reſidere coa
cti reliquas commoditates iacere adigerentur. Illi igi-
tur egredi de ſuo, & eodem regredi ſine poſſeſſionis ia
ctura leges indulſerunt.

u .l. clam poſſide-re §. qui ad nundinas hoc tit.
x .l. 3. §. neracius hoc tit.
a .l. 3. §. genera autē. hoc tit.
b .l. poſſeſſio quoq. l. peregre. l. ſi heres. §. ſi. de act: empt. l. nemo. C. eo. l. non ideo. C. de lib. cauſa.
c .d. l. 3. §. neratius.
d .l. 1. in princ. & §. adipiſcimur h. t. l. eas de cap. dim. l. non ſtatim. l. nec ſeruus de pec.
e .l. 1. §. hęc quę de ſeruis hoc tit.
f .l. in totū. l. pupillus infr. de reg. iuris. l. 1. §. ſed furioſus, &. §. cœterum hoc tit.
g .l. quod ſeruus h. t. l. ſtipulatio iſta §. hęc quoq. infr. de verb. oblig.
h .d. l. peregre. h. t. l. 1. §. qđ vulgo ff. de vi & vi arm.

AD .L. PRIMAM


Possessio appellata est (vt et Labeo ait) à sedibus quasi positio : quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit, quam Græci κατοχὴν dicũt, dominiumq; rerum ex naturali possessione cœpisse. Nerua filius ait: eiusq; rei vestigium remanere in ijs, quæ terra, mari, cœloq; capiuntur : nam hæc protinus eorum fieri, qui primi eorum possessionem apprehenderint.

Possessio Appellata est.


NIMADVERTI In Iurisconsultorum libris cognoscendi iuris, & interpretandi locos cõmunes plurimos(vt in Romana disciplina) cuiusmodi ex eo quod frequẽter accidit. i ex scripti, & voluntatis interpretatione, k de ambiguo ex eo quod ἀδύνατον, à formulis vtriusq; iuris ciuilis:itemq; à formulis iuris pretorij,quarum partium inueterauerunt , atq; absoluerunt, partim lege abrogatæ sunt,earum tamen nomina adhuc ad vtilitatem retinentur: à verbis iuris ciuilis directi,& vtilis,necnon à verbis iuris prætorij directi,& vtilis. Loci item à regulis iuris antiqui , a coniectione,a 12.tabulis,ab vtroq; iure ciuili,a iure honorario,a moribus qui extraordinẽ explicari solent, a præsumptione,fictione,opinione,fama,siue rumore, & pleriq; alij ob legentium oculos positi. Nam si Græcorũ artibus hoc iuris studiũ ponderes, & tradas nihilo plus agas,quam si labores vt popularem captum alterum eundem,& sapientiũ facias. Cœterum inter cõmunes

i .l. iura.l. neq; de ll. Cicero in primo & 2. Reth:
k .l. ab omnibus. §.1.de leg.1.

Iurisprudentiæ Romanæ locos, quis ethymologia esset celebrior esse planè nullum. Etenim quoquo te vertas illos ferè semper à vocabuli originatione rei cognitionem auspicatos legas [l] tanta vis notationis verbi fuit, Quæ via, & ratio docendi ideo in hoc studio ciuili, & actuoso recepta est, quod lex, vel ius proprijs vt Solon præcipit, & Decemuiri in. 12. tabulis summa religione seruarunt, verbis scribi debet: quorum uis veriloquio, vt cũ Cicerone dicam.[m] maxime elucescit.

43 Hoc in caussa fuit, cur definiendi artificium non ita necessarium (ne dicam populo ritu artium reliquarum suspectum neglexerint, nec quisquam quod sciam in

44 Iuris compilatione laudatur, prĕter vnicũ Papinianum qui vel literã de diffinitionibus Iuris scripserit: qu um & cononomine iam multi Romani Grecũ verbum Orismos exprimerent. Quis enim diffinitionem omnibus proprietatibus diuisionis, vel partitionis numeris vlla in arte vnquam expleuit [n] ita vt hoc Romanũ diffinire nihil aliud sit quã cõstituere, determinare, decernere, (& vt nouorũ interpretũ verbo vtar) decidere. Nisi forte Cicero Mutium scæuolã [o],

45 cuius et Vlpianus [p] ea de re agens meminit, & Aquilium familiarem suum definijsse voluit. Sed hoc homo catus viderit qui ea re trebatium ludit [q] Quare non miror Iureconsultos nihil definisse: magis mirarer si potuissent in tanta iuris, non dico controuersi. sed certi, temporum tamen gratia mutatione aliquod ad Grĕcum artificium fingere, atque ad eorumdẽ limam, vel potius stateram examinare. Quam obrem diffinitionẽ ornatu Græco illo conformationem insignitam, caussarum quibus quidq; constet intelligentia, & expressam, vt ociosi ingenij voluptatem omitamus, notationem potius ipsa consuetudine placidã, & vsu non insolentem, nec peregrinã, ed præsens negotiosis animis leuamen in ciuitatem intromittamus. Ex quo videmus diffinitiones, quas Iureconsulti pe-

46 pererunt primum quasdam demõstrationes esse rei adumbratas, & significationes, quas deinde tractando

[l] l. 1. de iniur. l. nisi lum. §. viduam de verb. sig. l. 1. de no ua. l. 1. de iust. & iu. l. 1. de fur.

[m] in Top. in loco anot.

[n] In Top. Gel. lib. 4. cap. 1.

[o] Plau. in cistel. l. 1. de reg. cat. l. filius quoq;. §. puto. de her. inst. l. omnis diffinitio inf. de reg. iu. l. in fraudem. §. fin. de mil. testam.

[p] l. 1. §. quid sit vi infr. quod vi aut clam.

[q] Cicero ad treb.

iure informant, & ad veritatem quoad potest exprimunt. Hoc enim contendo vix nullam vsquam in iure diffinitionem [r] omnino probam, & iustam, vno responsi loco claudi. Sed eā primum aliquo genere, & vnius, atq; alterius rei sciunctione, & disparitate, è processu iuris seorsum poni, & velut delineari: deinde suis coloribus expoliri, atq; informari, illi sui facti exempla, non ab artificibus tantum, sed à philosophis etiam maximis sumunt: [s] sic Plato docuit, sic Aristoteles, sic Euclides, sic Varro, & Cicero, vt iam ab omnibus hoc primum in imitatione, non sine gratia experti videam9. Id quod pudori, & modestiæ docentiū acceptum, gratumq;, & gratulor, & gratiam etiam habeo. Veteres igitur ab ethymologia, siue notatione, tractat9 iuris fere semper auspicatos dixi, vt scilicet, ex vi nominis rei natura aperiretur, ea contenti ad diffiniendum omissiores essent. Id quod non nisi periculose postea præstari videbant, vt vsuuenit in artibus actuosis, & multum opinabilibus, cuiusmodi est ius, siue ars æqui, & boni. [t] Nam si huius artis pars est, verborum proprietatis cognitio, si sermonis proprietas Iureconsultorum (vt Ciceroni, & Fabio placet) peculiaris originatio, & regula est, aut nulla alia, quæ adhibita vocum proprietas recognoscatur, Labeonem quoq; iureconsultū, [u]
47 ferunt Latinarum vocum origines, rationesq; in primis tenuisse, eaq; scientia plerosq; iuris laqueos enodasse. In verbo manumissio, sola notatione contenti fue- 48
runt, vt manumissionem, de manu missionem [x] dicerent: Sic in peculio, [a] id est pecunia pusilla, sic in edicto id est, ante dicto, siue præposito. Immò verò si quæ definitiones id est naturę rei explicationes, ethymologijs, ab his subijciuntur, indidem planè sumuntur, & in sola vi verbi notata fundantur: vt quum vis verbi, ius,
quæritur, notat Vlpianus [b] à iusticia id descendere, ra- 49
tionē subijcit. Nam ius est ars boni, & æqui, id est, iusticiæ bonæ, & æquę [c] tractatio, non enim aliam quam
bonam, & ęquam. exequimur: adeo vt hac, quamqui- 50
dem vocant definitionem nihil nisi iustitiæ nomen exponat. Siquidem iusticia, [d] siue æquum, & bonum in
vsu, & actu est. Ius in arte, & regula: Ex quo hic pos- 51
sessio non diffinitur, quia eius nominis veriloquio res satis notatur, id est, pedum positio, vt facile possessionē insistentis in re detentionem, atq; apprehensionem esse
cognoscas [e] Quæ appellandi ratio frequens est iurecō- 52
sultis. Vt enim pactum, non tam à paciscor, vel pago

[r] l. 1. 2. & 3. de bon. poss. l. 1. de pact. l. 5. §. stipulatio, inf. de verb. oblig. l. 1. de accep. l. 1. de testa. l. legatū de leg. 1. l. legatum de leg. 2. l. mortis causa capitur, & l. inter mortis causa de don. cau. mor:

[s] l. 1. §. dolum de dolo. l. continuus, inf. de verb. oblig.

[t] non possunt, cū duabus prę. & seq. de ll. l. si seruū. §. sequitur, inf. de verb. obl. toto tit. de verb. sign. l. labeo, de sup. leg. Cicero in. 2. reth.

[u] Cell. lib. 13. c. x.

[x] §. 1. inst. de lib. l. manumissiones, de iu. & iu. l. depositi. §. peculiū, cū. l. seq. de po. [illegible]

[a] l. 2. de or. iu. l. si quis id qd de iur. om. iud. Cicero. 2. de fini.

[b] l. 1. de iu. & iu.

[c] l. bona fides dep.

[d] l. iusticia, & l. 1. de ius. & iu. l. 1. de reg. iu.

[e] l. possidere. l. 3, §. ex contrario. l. quod meo. §. si vēditorē h. t. l. 1. cū seq. sup. tit. pro.

52 quàm à pactione,& edictum,non tam ab edico, quàm[f]
ab editione appellata volunt,quòd ea nota,magis na
tura rei exprimeretur. Sic possessionem,nō a possideo,
sed à pedibus,quasi pedum positionem dicere malue-
53 runt: Pactio autem,& edictio,vt obiter dicam,à pacto
& edicto differūt,quòd actio ab acto. Est enim pactio
pacendi actio,& tractatio: pactum quod ex pactione
natum,& conuentum. Et quum pactū nihil aliud sit,
quàm pactionū comprehensio, vtrumq; promiscue[g]
in vsum venit,sic Plautus,edictiones basilicas,& edu
ctiones,ędilitias,p edictis vsurpat,Labeo igitur pos-
sessionem appellatam esse à pedibus,quasi pedum po-
sitionem,& probat Paulus:idem Labeo. teste Gellio
54 [h]quum ethymologiam verbi soror notat, ijsdem penè
verbis vtitur. Soror,inquit,appellata est, quòd quasi
seorsum nascitur:adeo vt etiam Nigidius Romanorū
55 eruditissimus (vt idem Gellius[i] refert) vocem auarus
56 iunctam,& copulatam his verbis dixit. Auarus,inqt,
57 est qui auidus ęris est. Idem Nigidius Frater,inquit,di
ctus quasi fere alter,vt iam ineptire mihi videantur, q
hic à Labeone,& Paulo allusionē,proferri putant,non
verbi ethymon, ad id ita opinandū particula quasi in-
58 ductū allusisse dicunt: Iidem illi sunt, qui iureconsultū
quòd testamentū,ex eo diceret,quod quasi testatio mē-
59 tis esset. Quos tamē egregie hallucinatos, vel Gellius[k]
testimonio est. is Seruium Sulpicium scribereait testa
mentum verbum esse duplex,& iunctum,atq; compo-
situm: & Iustinianus[l] hoc indicat testamentum ex eo
appellatum,quod testatio mentis sit. Quod & elegan-
ter Theophilus[m] declarat analogia,qua nihil fallacius
homines in eam opinionē pellexit, Munimen[n] enim,
vestimen,fundamen,pauimen vsu producta esse,in ve
stimentum,in munimentum,& similia, sic testamen ea-
dem forma in testamento. Recte igitur verbum pedis
in possessione inesse dixerunt, quod appellationis ratio
à Paulo reddita ostendit,naturaliter enim ab eo tene-
tur,qui ei insistit quod ad pedes refertur. Eo quòd in
adipiscenda possessione id potissimum pedibus expedi
60 remus. Quod & superstitiose seruatum Iureconsultus
dixit,[o] sed eum tamen morem sensim obsenuisse, Vn-
de pedem ponere,[p] pro possidere, vel possessionem ac
quirere,& pedem in agro metiendo planè dicimus Ci-
cero hodie,inquit,in possessionem libertatis pedem po-
nimus. Et si in fundo pedē posuisses, Et sapientia vbi
pedem poneret non habet. Et pedē in Italia video nul

[f] .l.1.de pac.l.5.§.stipulatio, infr. de verb.oblig. Cicero ad here.

[g] .l.si quis cū aliter inf.de verb,oblig. l,3.inf.de poli.l.iurisgentium. §. qui fere de pac.

[h] lib.13.c.10.

[i] lib.10.c.5.

[k] lib.6.c.12.

[l] §.1.de testam.

[m] d.§.1.

[n] In Vallam.

[o] .l.3.h.t.

[p] Cicero pro Ceci. & phil.1.

lum esse, qui non in istius potestate sit, id est, ne tantulis 61
quidem loci quanta est pedis ratio. [q] Etenim geome-
tricis mensionibus, hinc pes in numeris, & metris; atque
hinc adeo pes in naui (vt quibusdam placet) dictus: q
velut sibili, aut alterius signi harmonia gubernatione
tendatur, aut remittatur. Quin etiam nautas ad remigi 62
um nauigare solitos legimus. [r] sed possessionem ex ana 63
logia magis à sedibus dictã volunt; sed eos erroris re
darguit Varro, qui sedes, & sedeo, à sido dici vult, quis
& ęditimum non ea forma qua legimus finitimus di-
ctum putetur? Ad id compositum est ex æde, & tueor,
quod ędituus vox poetis vsitatior declarat: vel vt alij
volunt ab æde, & intimo: nam verbo Dietimor Pom-
ponium in fabula Attellana vsum Gellius [s] testatur,
vt eos diluceat imperite ab analogia verba nostri tex-
tus immutasse.

De verbo possideo, & possessio.



Omani verba possideo, & possessio pri-
mum rebus soli indidisse [t] videntur, 64
quòd eorum originatio, siue ea sit à pe
dum positione, vt est in veteribus li-
bris, siue à sedibus, vt quibusdam vi-
sum est: deinde rebus mobilibus accõ-
modasse, vt vocabulum magis artis [u] 65
quàm loquendi cõsuetudinis (siquidem artis cuiusque
sua sunt vocabula) Neque enim in rebus mobilibus oc-
cupandis pedes, aut sedes ponimus, sed manu [x] vtimur,
vnde etiam mancipium appellarunt: [a] quo nomine ini
tio seruos, & res mobiles significabãt. Elegãter [b] Pau 66
lus seruitutes non possideri mero iure, nec vsucapi di-
xit. Quę origo ratioque vocis, & si propria est rerum so-
li, tum ipsa (vt dixi) rebus mobilibus tacito bonorum
vsu communicata est, quum & de re etiam incorporali 67
vsurpata. [c] Ex quo ius pro herede, vel pro possessore
possidere dicimus, & bonorum possessiones [d]. Serui-
tutes item vsucapiendo constitui; & seruitutum liber-
tatem vsucapi [e]. Idemque vocabulum de prędijs, & fũ
dis, vallis, locis dici consueuit, [f] & Festus scribit posse
ssiones veteri consuetudine appellari agros late paten- 68
tes publici, priuatique iuris: qui non mancipatione, sed
vsu tenebantur, & vt quisque occupauerat, ita posside-
bat. Econtrario Greci [g] apprehensionis nomen, quã
κατοχὴν nominant prius rebus mobilibus, quàm
immobilibus posuerunt. Quam enim Latini possessio
nem dicunt, illi manu apprahensionem appellant (vt q

[q] l. quinque pedum c. fin. reg.
[r] Bud. de asse.
[s] lib. 12. c. 10.
[t] l. 1. l. 3. §. neratius. §. nerua filius. l. si rẽ mobilẽ h. t. Cicero in catel.
[u] Cicero lib. 1. acad.
[x] l. 1. cũ seq. sup. tit. 1. l. 1. h. t.
[a] §. serui ist. de iu. per.
[b] l. 3. h. t. l. seqtur. §. si iam. t. seq.
[c] l. interdũ. infr. de verb. sig. l. regulariter de pet. hęre. l. 2. cõ. pred. l. 3. §. 1 & 2. de bon. poss.
[d] l. 3. de bon. poss.
[e] l. sequitur. §. si viam. §. libertatẽ. l. si aliena res. §. 1. tit. seq.
[f] l. quęstio de ver. sig. l. lucius de euic. l. 1. §. sed si rẽ, si qd in fraud. pat. l. mela. §. fin. de alim, & cib. leg. l. emilius de mino. l. aurelio de lib. leg.
[g] l. 1. hoc t.

busdam eiusmodi verbi notatio placet: de quo amplius quęrendum censeo.) vt quę Romani à pedibus, vel sedibus sic Gręci à manibus, duobus hominis mēbris, humanę industriæ organis, rem propemodum vnam significarunt.[h] Deinde ratio, & vsus[i] penes quem vis est, & norma loquendi: vtrum nomen, vtriq rerū generi aptum[k] fecit sic Romani vltimam voluntatem à testium numero, quòd is actus esset testatissimus, testamentum.[l] Gręci autem, quod in ea ordo quidam esset descriptus eorum, quę post mortem fieri vellemus: διαθήκην dixerunt, id est, vt ita dicam ordinationem, vtriq sanè duo nomina vni rei varijs ex caussis indentes, quod in verbis pignoris, & hypothecę vsuuenire videmus. Romani pignus[m] à pugno, quia ea quæ pignori dantur manu traduntur, ideoq propria originis ratione rem mobilem eo designari. At Græci hypothecam nominarunt quia creditori velut suponeretur, id est subijceretur. Sic vsus magister loquendi tabernę nomen tabulatis peculiariter impositum, materiatis etiā tabernis proprium fecit.

69 70 71

Dominiumq; rerū ex naturali possessione cœpisse.

72 Quum dominium ex naturali possessione cœperit:[o] diffinitum est dominia, non nudis pactis,[p] sed traditionibus transferri: quę sunt contrahentium vtrinq appræhensiones, actusq[q] naturales, tam dantis, quā accipientis, quòd res velut de manu, in manum tradatur.

Adipiscimur autē possessionē per nosmetipsos Furiosus, & pupillus sine tutoris authoritate non possunt incipere possidre: quia affectionē tenendi non habent. licet maxime rem suo corpore contingant, sicuti siquis dormienti aliquid in manu ponat:

73 Quū possessio sit corporis, & iuris,[r] id est, animi seruî possidere nō possunt, tenere possunt:[s] in quo tamē animus etiam vertitur: sed nō is qui sibi possessionem creat[t]. Quid de pupillo, furioso, infante an possessionem adipisci possunt? et Ofilius, & Nerua aiunt pupillū possidere incipere posse sine tutoris authoritate:

74

[h] l. 1. h. t.
[i] l. librorū. §. quod tamē cassius ff de leg. 3. l. 3. de sup. leg.
[k] l. 1. in fin. de fur. l. quū res. C. de cō tr. emp. §. retinēde inst. de interd.
[l] l. plebs. §. 1. l. sub signatū. §. attestari cū. l. seq. de verb. sig. Cęs. 8. bel. gal.
[m] l. plebs. §. pign⁹ inf. de verb. sign. l. res. §. fin. de pig. §. seruiana inst. d act.
[n] l. tabernę infr. de verb. sig.
[o] l. 1. sup. t. §. per traditionē inst. de rer. diuis.
[p] l. traditionibus. C. de pac.
[q] l. eas obligatiōes de cap. dim. l. non statim de pec.
[r] l. nemo ābigit. C eo. l. quēadmodū. l. qui iure h. t. l. adquirit sup. t. l. quę cūq de publ. l. seruus de nox.
[s] l. stipulatio ista. § habere licere de uerb. oblig. l. si qs ante h. t.
[t] l. quod seruus in verbo ciuiliter h. t.

eam rem enim non iuris, sed facti esse: quod Paulo probatur si eius ętatis sit, vt intellectum capiat. Quùm autem dicitur possessionē non iuris, sed facti esse; ius pro animo, & intellectu, vt modò feci, non accipitur, sed ꝓ iusta vi iuris, quum facto [u] opponitur, qua vi animus plene dominium sibi destinat: [x] At in possessione animus sufficit; q modo se sibi tenere putat, & itelligit, [a] & ita quodammodo afficitur: quod Paulus pulchrè expressit, si pupillus intellectum capiat, non dixit intelligat: Capere enim intellectum quiddam minus est, & de eis dicimus, qui qualem, & qualem affectionem habeant, quorum caussa bona est, si modo intellectu non carcant, nisi huic mallis Offilum, & Neruam dicere possessionem non solum iuris (sed etiam facti esse dicendi genere in iure vsitato, non hoc, sed illud pro, non solum hoc, sed etiam illud) idq; maxime quùm secundo loco quiddam potius significamus, vt hic, ꝙ vel possessionis ethymon indicat. 75

Infantem autem nisi tutore authore possidere incipere non posse responderunt, [c] eius enim iudicium tutoris authoritate suppleri debere. Sed si tutoris authoritate possessio infanti acquiri potest, cur non & lege? [d] Si quidem tutela, legis est inuentū, & munus, [e] & lex necessitatibus communibus, cuiusmodi est īfantia, tacita etiam fauet & authoritatem suam indulget: non adeo sollicita de ijs quæ accidunt, vt furor, vt dementia, & cœterę corporis humani infestandi lues. Qnamobrem Decius [f] Imperator controuersiam veterum dirimens donatarum rerum, vacuam possessionem traditam, inquit, corpore quęri, Cuius legis caussa fuit illa ratio Papiniani, quòd ne per tutorem quidē possessio infanti acquiri posset, si lege non idem teneret. Ego & infantem per se possessionem donatarum tantùm rerum interim acquirere, iuxta Papinianū, putaui, quòd donatio nisacceptio non ita pręsentaneæ necessitatis est. Ea de caussa Decium INTERIM dixisse. Cuius constitutio nihil planè noui induxit. Sed iuris inter veteres iureconsultos controuersi arbitra honoraria fuit; vt inter summos viros putasse Decium non sentire de rebus soli donatis, aut quas infans non facile contrectare possit, sed de rebus, quæ de manu, in manum infanti tradun-tur. Mallem dicerent tantùm pupas, aut iconculas infantium oblectamenta hac lege complecti. Magna certe otia Cęsaris, si hæc constitutionis putat negotia, vt tantùm hoc dicam, quis vacuam possessionem vnquā 76 77

[u] §. si vir h.l.l. 3. §. ex contrario h. t. 1. §. deijcitur de vi, & vi arm.
[x] l. quod meo, §. fin. h. t.
[a] l. quod meo. l. adquiritur sup. t. 1.
[b] l. in negocijs de reg. iu. §. pupillus inst. de inut stip. §. cæterū h. l. l. pupillus de adq. hęred. l. potuit. C. de iu. delib.
Anto. Aug. in. c. de gen: dicendi per sed, & nunc lib. 2. emen.
[c] l. quamuis §. infans h. t.
[d] d. l. quamuis.
[e] l. 1. de tut.
[f] l. donatarum. C. eo.

de his nugis dixit? At vacuam possessionem tradi hic dicitur, ad huius constitutionis æquitatem multa excellere videntur: quum donantis voluntas, cui lex rei suæ arbitria libenter concedit, hęc rei dimissio ita vt à se vacuam possessionē velit, & ex templo ī infantem traditam: tum verò infantis, cui donatur fauor possessionis adeptionem pariunt. Et hęc de rebus donatis: nam de

78 reliquis acquisitionibus cum ipsa lege libens sileo. Sed quid de furioso, aut mente capto facias? Et in pari caussa, pari etiam iure tuendi videbantur: quòd vt donantis infanti animus consideratur qui is fuit, vt in eū rem transferre vellet. Sic & donantis furioso, quem furiosum esse nōscet affectio rem præsertim mobilē, & quę apprehendi ab eo possit ita transfert.[g] Ego contra donantis vtroq; casu, & tradentis animum eo pertinere arbitror, vt à se possessionē dimisisse nō vt donatarius apprehendisse videatur. Id quod tamen lex supplet.

79 Idcirco eleganter responsum [h] est furioso cui rem tradidero quòd sanæ mentis inumbrata quiete mihi videretur possessionem non acquiri, licet eam amisero, Si furioso, inquit, Celsus, quem sanę mentis existimasti, eo quòd fortè in conspectu inumbratę quietis fuerit constitutus rem tradideris, licet ille non erit adeptus possessionem tu possidere desinis. nam Celso libenter assentior: non enim eadē est caussa infantiæ, & furoris. Quādoquidem lex communibus naturæ necessitatibus, qualis est infantia, quæ naturaliter pueritiam, vt pueritia adolescentiā pręcurrit, tacita fauet, & opitulatur, non

80 adeo sollicita de ijs, quæ pręter opinionem, & spem accidunt, veluti est furor, & dementia. Quę quùm eueniunt lex rogari solet, aut pretor, qui legis est organum adiri.

Sed pupillus tutore authore incipiet possidere. Ofilius quidem, & Nerua filius etiam sine tutoris authoritate possidere incipere posse pupillum (aiunt) Eam rem enim facti non iuris esse. Quæ sententia recipi potest, si eius ætatis sit, vt intellectum capiat.

81 Quid sit iuris esse, & facti magna est, & prope sacra dissensio. Paulus [l] possessionem multùm à iure mutuari scribit, quòd in ea multę sint iuris inductiones ad cō

g § si vir h.t. l. si quis ui. §. differentia. h. tit.

h l. quod meo. §. 1 hoc ut.

i l. possessio h. t.

k l. 1. §. si iusserim l. 3. §. neratius &. §. saltus. l. quod meo in princ. &. § si vēditorē. l. quāuis. §. infans. l. peregre in princ. &. §. 1. cū duab[9] seq. l. quarundā. h. t.

l l. non statim de pec. l. eas de cap. dim. l. si vnus. §. pactus ne peteret de pac. l. deniq; l. nec vtilem ex qb. ca. ma. l. 3. §. neratius h. t.

m Hoc. §. &. §. seq. l. 1. §. secuola si quis testam. l. 3. §. hereditas de bon. poss.

munem vtilitatem expresse.[k] Propriè autem rem facti 81
esse dici placet, quā lex nō ita īplet, sed naturalis actus[l] Quod exemplo pupilli. Paulus[m] explanat, pupillus modò aliquantum intelligens sibi possidere potest sine tutoris authoritate, quæ iuris est, nempe quòd possessio facti est non iuris. Res itaq; iuris est cuius οὐσίαν idest 82
essentiam, lex supplet, ideoq; res facti iure ciuili infirmari non potest. id est, quam natura per se explet, non lex supplet.[m] Notandum est autem legem in fictis traditionibus non mere factū supplere, sed tantùm voluntati contrahentium adminiculari.[n] Lex[o] porrò ait 83
animum facti esse id quod etiam in acquirenda posses- 84
sione accipiendum est, in qua animus siue affectus semper, vel adest, vel præest[p] ne quis dormientē, aut furiosum per se acquirere possessionem putet, quo numero
etiam infantem habeo, exceptis rebus donatis. Qua in 85
re lex suum intellectum vni infanti accommodat quade re amplius alio loco. Erit igitur possessio facti quādo nihil amplius in ea queritur, quàm factum,[q] id est adeptio, vt suum nomen retineat, quod ei ne lex quidē adimere potest,[r] & si interpellare potest, ita vt ciuiles vtilitates, & effectus tantùm pro ipsius legis arbitrio pariat.[s] Quum igitur apprehensio, & animus quorū vterūq; facti est ī possessione sit, generaliter iure iniuria
parta nomen suum habet, adeò vt rerū inter coniuges 86
donatarum vera sit possessio, licet lege prohibita[t]. Immò & earum quarum occupatio, vel commercium interdictum est, vt hominis, naturalis est possessio,[u] vt iam inde serui, qui iure ciuili nulli censentur naturaliter tamē possidere possint.[x] Sed quare possessio facti potius est quàm iuris? an quia vt Neratius,[a] & Proculus aiunt solo animo, qui iuris est, & ius à Paulo[b] appellatur possessionem nemo acquirit, nisi naturalis possessio antecedat? vt fundamentum possessionis sit ipsa corpore, & actu apprehensio.

Per seruum, qui in fuga sit nihil posse nos possidere Nerua filius ait, licet respondeatur quandiu ab alio non possideatur à nobis eum possideri: ideoq; interim etiam vsucapi. Sed vtilitatis caussa receptum est, vt impleatur vsucapio, quandiu nemo nactus sit eius possessionem

[n] l. 3. §. neratius. d. l, quarundā cum sup. aductis.
[o] l. bonefidei de adq. rer. dom.
[p] hoc. §. &. §. ceterum. §. hęc quæ de seruis. l. 3 l. qui iure. l. quemadmodum h. t.
[q] l. 3 §. excōtrario l. exitus. h. t. l. iusta vti poss. l. fin. C. d rei. vend. §. cōmodum inst. de inter.
[r] l. ī bello. §. factę de cap. & post. re. §. si vir h. l.
[s] l. nō videtur h. t.
[t] d. §. si vir, l. qđ vxor h. t. l. 1. §. deiicitur inf. de vi, & vi arm.
[u] l. qui vniuersas. §. 1. l. cū heredes. §. fin. h. t. l. longa de mor. in fi.
[x] l. quod seruus h. t. l. stipulatio ista. § hęc quoq; de ver. oblig.
[a] l. 3. §. neratiꝰ h. t.
[b] l. possessio quoq; in prin. & fi. h. tit.

sionem. Possessionem autem per eum acquiri, sicut per eos quos in prouincia habemus Cassij, & Iuliani sententia est.

Seruus qui i fuga est, tandiu à domino possidetur, [c] quãdiu alter eius possessionem na ctus non est, ideoq acquirere potest, si ei tradatur, vel stipuletur, hoc enim tantummodo ius domino acquirit. Sed an per eum dominus possidere possit, & vsurpare? Et quum per seruum acquirere possessionem non possit, nec per eundem possidere potest, atq ex iuris consequentia minus vsucapere. Hic quidem mœro iure tenet, sed vtilitatis caussa receptum est dominum per seruũ possidere, & vsucapere posse quandiu eius nemo possessionem adeptus sit. Possessionem autem domino acquirit, sicuti illi, q̃s dominus in prouincia habet, videlicet qui domino scienti possessionem acquirunt. Notandum est per seruũ acquiri, & possessionem acquiri, vel possideri plurimũ differre. Quid de eo qui diu in libertate moratus, vt fe
55 cit [d] Spartacus aduersus dominum iudicium liberale cœpit an domino acquirere potest? Quamquam libera li caussa contestata possideri non videtur, nam statu liber est, id est, liberi loco, si tamen seruus sit, quod sententiæ euentu probabitur, nulla dubitatio est, quin domino acquirat, vt siquid ei tradatur, vel stipuletur. Sed quæstionis est an domino possessionẽ acquirere possit, vt illis verbis Caius ostendit. Tantùm de possessione videbimus, & respondit magis esse, vt domino possessionem acquirat, quamuis ab eo nõ possideatur, exemplo fugitiui, hoc est scienti domino, sicuti cœteri, qui in prouincia agunt.

c l. arboribus. §. de illo de vsufruc.

d l. 3. §. si seruus. l. si cui. §. licet de lib. causa.

Veteres putauerunt non posse nos per seruum hæreditarium acquirere quod sit eiusdem hæreditatis. Itaq; agitatur num hæc regula longius producenda sit: vt si plures serui legati sint per vnum, an possint cœteri possideri. Idem tractatus est si pariter empti, vel donati sunt. Sed verius est, ex his caussis posse me per vnum

reliquorum acquirere possessionem.

e l. hæreditas la. 1. sup. t.

Seruus hęreditarius dicitur, cuius domina est hæredi tas: à qua idem, & possideri intelligitur. Hęreditas [e] enim defuncti personam sustinet, non hæredis futuri domini. Quicquid igitur acquirit, dominę hæreditati acquirit, non futuro hęredi, cuius ratio tantùm ab aditione habetur. Ex quo regula iuris est, nihil per seruum hæreditarium nobis acquiri posse, quod sit eiusdem hæreditatis. At per seruum legatū, quum is statim ab adi ta hęreditate delibatus sit [f]: & legatarij lege. 12. tabularum factus sit, ita vt eius persequendi gratia aduersus quemuis non modo hæredem vindicationem habeat, si in dominio defuncti, & testamenti facti tempore fuerit possidere reliquos seruos sibi legatos potest. idē q; iuris in seruo empto, aut donato. Nam & hi ab hæreditate deliba i intelliguntur, siquidem hæreditas bonorum est, & bona tantū ęre alieno deducto putantur. 89 90

f l. à titio de furt.

Si ex parte hæredi instituto seruus legatus sit propter partem quam ex caussa legati habet, acquiret fundi hæreditarij possessionem. Idem dicendum est si seruum cōmunem iussero adire hæreditatem, quia propter meam partem acquiro.

g Theo. de leg §. 1

h l. legatum. §. hæredi de leg. 1.

l l. cęteræ. §. pomponius fam. herc.

Pręlegatum hęredi ex parte instituto factum legatū per pręceptionem appellatur, in quo hęc verba solemnia sunt, HAERES hanc rem tibi pręcipito, [g] 91 nec enim ei qui hęres non est per præceptionem quicquam relinquimus. Nam quem præcipere quid sibi, aut præcipuum habere volumus, haud dubie eum in partem hæreditatis scriptum significamus, perinde ac si diceremad partem quam ei relinqui volo, & eundem & illud pręcipue sibi habere. Sed qui eundem hęredē, & legatarium per præceptionem intelligemus? quum regulariter à semetipso hęredi legari nō possit. [h] Nempe quia legatum per præceptionem hæreditatis ratione valet, & ei cohærere intelligitur, quasi portionis hæreditariæ auctuarium. Declarat hoc prælegati petitio: nā iudicio familiæ hęrcīscūdæ [l] petitur, & hæc veteri iure. 92 93

Sed Cæsarum [l] constitutionibus etiam multo ante Iu-
stinianum quatuor legatorũ generibus per omnia adæ-
quatis, seorsum capere legatum per præceptionem pos-
sumus, quemadmodum per vindicationem relictũ. Ita
ꝙ per eum ex hæreditate delibatum fundi hæreditarij
possessionem acquirere possum propter partem quam
ex caussa legati habeo. Sciendum est autem, vt Vlpiani
compilator [m] refert inutiliter necessario hæredi institu-
94 tuto legari, veluti si pater, vel dominus filiofamilias le-
gatum det, aut seruo, vtiliter autem extraneo, vel filio
emancipato, & reliquis alienis legari. Ideoq; ab his le-
gata de hæreditate ex. l. 12. tabularũ eximi, ac delibari.

[l] l. 1. de leg. 1. §. sed olim inst. co. t.

[m] de leg. §. qui hæredi.

Si iusserim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in præsentia sit, videri mihi traditam. Priscus ait. Idemq; esse si numos debitorem iusserim dare alij: non esse enim corpore, & actu necesse apprehendere possessionem. sed etiam oculis, & affectu, & argumento esse eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, vt columnas, nam pro traditis haberi, si in re præsenti consenserint: & eas vina tradita videri cum claues cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint.

Cum ea in præsentia sit.

Quæsitum est quid sit in præsentia. & in hoc acqui-
rendæ possessionis tractatu Res in presentia esse dici-
tur, [n] quæ sub nostra custodia sit, licet non inueniatur
95 quòd eam diligenter non inquiramus. Rem autem sic
in præsentia esse sufficit, ne possidere desinere videa-
mur. Item rei præsentia est, quæ traditionem supplet si
oculis subijcitur, & is est contrahentium affectus, siue
consensus, neq; verba in re præsenti consentire, sic præ-
cise accipienda sunt, vt glebam apprehendere, & in re
96 pedem ponere oporteat, [o] atq; etiam num est in rei vẽ-
dicatione, quæ olim, & ita religio [p] fuit, ita clauibus

[n] l. 3. §. nerua fili' hoc tit.

[o] l. quod meo. §. si venditorem h. tit.

[p] Cicero in Top. vbi Boet.

horrei quum ab eo haud procul abessem traditis, merces emptori traditas videri responsum est, vt eleganter Theophilus [q] explanat. Quòd autem Iurcconsultus exemplum mutuaticiç pecuniæ adduxit, eò pertinet tãtùm vt sine corporis apprehensione rem tradi posse doceat, nam hoc singulare ius est mutui, [r] vt è conuentione, & affectu domini pecunia, veluti breui manu numerata intelligatur, etiam si in præsentia non sit, nec oculis apprehendatur, nec eo nomine numerata. Proinde hoc ex duob[us] rationis Pauli verbis: Oculis, ad rei quę in præsentia traditionem procuratori factam: alterum Affectu, ad numos mutuo datos referendum est. Quid enim si vicinum [s] mihi fundum mercato venditor in mea turri demonstret, vacuamq; se possessionem tradere dicat? Num quasi breui pedum illatione traditus videtur? hoc rei præsentis, & vicinæ aspectus inducit, quod vicinum adest præsensq; est. Ea propter rem præsentem [t] tunc intelligimus, quum de traditione iudicia li agitur, quæ ab inuito extorquetur, quã reus possidet. 97

[q] §. inuenire est inst. de rer. diu. l. qđ meo. §. si venditorem h. tit. l. clauib[us] de contrah. emp.

[r] l. singularia si cer. pet.

[s] d. l. quod meo. §. si venditorẽ. l. quã fundam h. t.

[t] l. eius cum seq, & l. qui restituere de reiuend.

Ex. l. 3. ad. §. ex pluribus.

Ex plurimis caussis possidere eandem rem possumus, vt quidam putant: & eum qui vsuceperit, & pro emptore, et pro suo possidere, sic enim et si ei qui pro emptore possidebat, hæres sim: eandem rem, & pro emptore, & pro hærede possideo. Nec enim sicut dominiũ non potest, nisi ex vna caussa contingere, ita & possidere ex vna duntaxat caussa possumus.

Regula iuris est eandem rem meam semel duntaxat esse posse, sæpius autem deberi posse: [u] idcirco quidam, vt Paulus refert, dicunt eandem rem ex pluribus caussis possideri posse, at eiusdem rei dominiũ ex vna duntaxat caussa contingere: an quia vsucapio scienti tantùm competit, [x] possessio etiam ignoranti, vtpote per procuratorem? an quia eadem res ex pluribus caussis deberi nobis potest, nostra autem non nisi ex vna 98 99

[u] l. non vt ex pluribus infr. de reg. iu. l & an eãdem. § actiones inf. de ex c. rei iud.

[x] l. possessio. §. & si possessio h. t.

100 duntaxat caussa esse possit? Vt vsque ad delicias à no-
bis in nostra introductione dictum est. Ego Paulum [a]
quæ libro quinquagesimo quarto ad edictum scripsit,
& hic compilatores referunt, planius facere libro sep-
tuagesimo etiam ad edictum [b] opinor possessionem ex
pluribus caussis quæri, dominium duntaxat ex vna cō
101 tingere. Quod iudicijs possessoribus pluribus de eadē
re agere possum extra exceptionē: at non eandem nō ni
si semel vindicare: nam iterum vtili ex interdicto actio
ne de eadem re experiens, exceptione non submoueor,
quia licet eadem res secundo iudicio agatur, non tamen
eadem caussa. singulas enim actiones singulæ caussę se-
qui possunt. Nec vna alterius dictione impeditur. At qui
secundò eandem rem petit repellitur: quia eandem rem
ex eadem caussa vindicat. Siquidem priore actione om
nes quas habuit consumpsit, & apprehendit, & si Pau
lo istarum rerum authori assentiendum est. Illud tamen
102 totum constare ex hac ratione non diffitebuntur, quia
dominium finis sit, possessio modus, qui in progressu in
finitate, & incertitudine versatur. At finis quiddam est
finitum, & certum, quod semel contingit, idque vbi con-
tingit nihil amplius quæritur. Ex quo Aristoteles aua-
ros semper æs auere dicit, quia pecunia non vt fine, sed
103 vt instrumento vtuntur. Hinc vulgo dictum rem suā
neminem actione personali persequi: [c] non enim dicta
re possū formulā. SI APPARET REM MIHI
104 DARE OPORTERE. quia dari cuiquam id in-
telligitur, quod ita datur vt eius fiat, nec res quę acto-
ris est magis eius fieri potest.

[a] hoc. §.

[b] d. l. nō vt ex pluribus, & d. §. actiones.

[c] §. sic itaque inst. de act.

Ad. §. Ex contrario. l. 3.

Ex contrario plures eandem rem insolidum possidere non possunt: quippe contra naturam est, vt quum aliquid ego teneam, tu quoque id videaris tenere. Sabinus tamen scribit, eum qui precario dederit, et ipsum possidere, & eum qui precario acceperit. Idem Trebatius probabat, existimans posse alium iuste, alium iniuste

possidere. Duos iuste, vel duos iniuste non posse, quem Labeo reprehendit: quoniam in summa possessionis nõ multùm intersit iuste quis, an iniuste possideat. quod verius est. non enim eadem magis possessio apud duos esse potest; quam vt tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.

Lex quæ de acquirenda possessione præcipit, id est,
quomodo quem ꝑ possessionem acquirere oporteat: [d]
tantùm abest, vt possessioni vi, clam, precario, aut alio 105
vitio capiendæ author adsit, vt dominum adhuc possi-
dere velit dum ipse reuertens ab ingresso repellatur, [e]
aut ita animo possidere desinat, quod se ab eo repelli
posse suspicetur, eundemq́ꝫ vi deiectum perinde aduer
sus prædonem habeat, ac si possideret. quòd interdicto
de vi recuperandę possessionis facultatem habeat. [f] 106
Quoniam non videtur possessionem adeptus, [g] qui
ita nactus est, vt eam retinere non possit. Vt enim ad-
uersus dominum vnde vi, vel clam possidet nec natura 107
liter possidere, etiam si in re pedibus insistat ĩtelligitur. 108
sed nec prædo egressus aduersus eundem possessionem
animo retinet [h]. In hoc igitur titulo quæri solet quo-
modo possessio acquisita sit. In interdictis autẽ an ade
pta sit, modo ne vi, clam, vel precario ab eo, qui cũ agi- 109
tur. [i] Quod igitur vulgo dicitur plures in solidum rem
eandem possidere non posse, id de ijs intelligendum est
qui animo, & corpore possident, nec per se animo. id
quod Paulus [k] ex Neratij, & Proculi sententia hic 110
multorum casuum contextu enucleat. Nam ciuiliter, si
ue animo innumeri eiusdem rei naturalem possessionẽ
vno tempore retinere intelligi possunt, quòd hoc tantũ
ius [l] ciuilis possessionis, vt supra docui singulare est, &
priuilegiarium, cõmunisq́ꝫ vtilitatis caussa inductum,
ne occupatione alterá super alteram momẽto possessio
num iura verterentur [m]. Itaq́ꝫ dominus vel possessor
aduersus occupatorem suum animo naturalem retinet 111
quòd & simpliciter possidere dicitur. [n] Hic porrò oc-
cupator si eo absente fundum alius inuadat, interdicto
aduersus secundo loco ingredientẽ utitur [o] vnde pla-
nè dilucet, cum animo quum fundo abesset, possedisse,

[d] l. non videtur. l. cũ hæredes. l. qđ seruus. l. si quis vi. l. fin. h. t. l. 2. infra vti poss.

[e] l. 3. §. si quis nunciet. l. clã possidere. §. qui ad nundinas. l. si id quod. §. fin. l. peregre. § fi. cũ duabus seq. h. t.

[f] l. si quis vi h. t. l. 1. §. rectissime, & l. in interdicto. inf. de vi, & vi arm. l. rem ĩ bonis sup. t. 1. l. qui actionẽ ĩf. de regu. iu. l. labeo la. 1. §. fin. infr. de ver. sig.

[g] l. non videtur h. t. l. aliud est capere inf. de verb. sig. l. sequtur. §. tunc inf. t. 1. l. qui concubinam. §. cũ ita el 2. de leg. 3.

[h] l. fin. h. t. l. 2. inf. vti poss.

[i] l. 1. & l. 2. & 3. inf. vti poss.

[k] hac. l. in princ. & §. nostro in fin. l. in

siue animo naturalem retinuisse. [p] quod multomagis tenet, si ex caussa ab occupatore tradita accepisset. Iam pone centum occupatores, subinde alium super alium totidem in solidum eiusdem rei, & quidem vno tempore possessores iure singulari finxeris, quod adeo veritati consentaneum est, vt simulac eorũ aliquis scierit aliũ in fundum intrasse, si eundem posthabito prætoris edicto, vi repellat in suum rediisse intelligatur. [q] Quum igitur quæritur an plures eandem rem insolidum possidere possint, de iis intelligi, qui animo, & corpore possident. [r] Paulus illo paragraphorum contextu eleganter ostendit, siue iuste corpore, & animo quæ eadem possessio ciuilis dicitur, siue iniuste corpore, & animo, quę

112 etiam simpliciter possessio nominatur. Iuste, [s] aliquo iuris nomine, vt precarij, vsufructus, vel horum simili. Iniuste, vt vi, vel clam aut alio vitio. His enim exẽplis Iulianus [t] iustam, & iniustam possessionem declarat. Vnde merito Labeo Trebatium existimantem duos insolidum possidere posse, alium iuste, alium iniuste notat. quod in summa possessionis, vt corpore, & animo fiat, titulo necne præcedẽte parui refert. [u] Trebatij tamen opinionem Vlpianus, quibusdam tueri videtur recte, an secus post videro. Hic doctores frendent per me licet, tragœdias agitent, vociferãtur, me deniq; Cornelia lege reum agant obtestantes falso leges populo exponi, dum me tandem nouo indice veritatem deprehẽdant, duorumq; alterum rei naturalem possessionem re-

113 tinere intelligi. [x] Alterum eandem rem vere, & naturaliter possidere cognorint. [a] sed quæ huius retentionis vtilitas? maxima scilicet, ne dominus, à prędone posses-

114 sionem recuperando statim ac rediit non modo vim fecisse, sed etiam in suo semper resedisse videatur. [b] Nã sciens, & præsens spatio temporis, & patientia possessionẽ amisisse videri possit [c] atq; ita non noua rei aucu-

115 patio, sed vna vetus possessio erit. [d] Nec enim Prætor audit prædonẽ querentem, se amisisse possessionẽ, quam dominus statim atq; rediisset recuperauit. At vt ille naturalem iure singulari retinet, sic prędonem verè naturaliter [e] possidere, etiã si absens fundum esse occupatum nesciat, siue sciat, verum se facile prædonem de-

116 iecturum suspicetur, quippe qui & corpore, & animo ab aliis omnibus, quàm à deiecto possideat. [f] Id quod ex possidendi, tenendiq; iuris regulis liquet, eundemq; prędonem naturalẽ animo retinere, qñ ũ fundo abesset

[c] cõmodato, §. si duobus. com. l. duo ĩ solidũ inf. de prec. l. l. 3. §. in amittẽda. l. clam. §. qui ad nundinas. l. si id quod. §. fin. l. peregre. cũ seq. h. t.

[m] l. cum hæredes. §. 1. l. si quis vi. l. non videtur h. t.

[n] l. clam possidere §. qui ad nũdinas. l. 1. §. interdictum &. §. quod vulgo, inf. de vi, & vi arma.

[o] l. 1. §. deiicitur, &. §. qui vi a me. l. colonus. l. cũ fundum infr. de vi & vi arm.

[p] d. l. 1. §. deiicitur

[q] d. l. 1. §. qui a me &. l. colonus, & l. cum fundum.

[r] h. l. &. l. duo, inf. prec.

[s] l. quęcunq;. §. 1. de public. l. sciendum, §. possessor qui satisd cog. l. seruus. §. 1. d nox. l. iuste possidet h. t.

[t] l. duo inf. prec

[u] l. 2. vti poss. l. fin. C. de remed. l. exitus. hoc. t.

[x] l. 1. §. interdictũ inf. de vi, & vi arma. l. si id quod. §. fin. l. clam. §. qui ad nundinas. h. t.

a §, in amittenda. h.l.l.si id quod. §. fin.h.t.
b l.1.§.rectissime. l.non solum autẽ inf.de vi.& vi arma.l.si quis vi h.t.l.1.§.qui a me & vi,& vi arm.
c h.l.§.in amittenda,&.§.siquis nũciet.l.si id quod.§ fin.l.peregre.§. fi. cũ duab.seq.h.t.
d l.cum hæredes.§ 1.h.t.
e l fin.h.t.l,2. inf. vt poss.l. non videtur h.t.
f l.1.§.deijcitur, &.§.qui à me.l.colonus.l.cũ fundũ inf.de vi,& vi arma.l.fin.C.de rei vend.l.item.§.pedius quod met.ca.
g l.si duo infr. vti poss.
h l.1.§.huius infr. vti poss.
i d.l.1.§.est autẽ hoc interdictũ inf. vti poss.
k l.is qui destinauit de reiuend. d.l.1.§.est igitur infr. vti poss.l. exitus. h.t.§.cõmodũ insti.de interd.
l l.1.in princ.in fi. l.2.&.3. vti poss.
m l.vim facit infr. de vi,& vi arm.
n d.l.1.l.si duo vti poss.l.fin.h.t.

singulari illo iure receptũ est. Quinimmò is prędo (vt sępe docui) si à quoquam alio, quàm à quo clam, vel vi, aut precario habeat expulsus esset, interdicto possessionem recuperaret, multo magis idem, & retinere poterit. Idcirco quidam vehementer mihi hallucinari videntur, qui Vlpianum [g] huic sententiæ refragari putant, Si duo (ait) possideant insolidum, videamus quid sit dicendũ, quod qualiter procedat tractemus, si quis proponet possessionem iustam, & iniustã ego possideo ex iusta caussa, tu vi, aut clam, si a me possides superior sum interdicto, si verò non à me, neuter nostrum vincetur. Nam & tu possides, & ego. Quũ ad interdictũ vti possidetis [h] venitur, vt quum maxime de rei proprietate lis est, non tam, vterq; reus laborat, vt alterũ possessione deijciat (nam alteruter deiectus non retinẽdæ, [i] sed recuperandę possessionis interdicto ageret) quàm vt se magis possessorem faciat, quo alterum minus possessorem dominij probatione oneret. [k] quod ita demum pręstat, si alterum tempore cœpti interdicti à se, vi, aut clam, aut precario possidere doceat. [l] Nec enim satis est planum facere, te in fundo frequentem fuisse, in eo scuisse, plantasse, surculum defregisse, aliquid deniq; more iusti possessoris, [m] eo tempore egisse, quod idem & alter fecisse potuerit. Itaq; necesse est vt alter ab altero magis se possidere affirmet: contendatq; se ex iusta caussa possidere vna, & alterum à se ex iniusta, vt vi, aut clã, aut aliquo alio vitio. [n] In quo planè vides, vtrumq; insolidum nec iuste possidere posse, nec iniuste, sed vnum ciuiliter siue iuste, qui animo naturalem possessionem retineat: alterum autem, qui animo, & corpore, siue iniuste, id est vi, aut clam, qui precario, vel ab eo qui cum agitur, vel ab alio possideat. Nam authore Iuliano, [o] neq; iustæ, neq; iniustæ possessiones duæ concurrere possunt Itaq; quũ Vlpianus P. dixisset, Si duo possideant insolidum, ne hæsitaremus, casum illis verbis temperauit, quod qualiter procedat tractemus, innuens vtrumq; non eodem modo insolidum possidere, nec id per rerum naturam procedere posse, vt quod ego possideo, tu possidere videare, non magis, quàm vt tu stare videaris in eo loco in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. [q] Quare si doceo me animo naturalem retinere, & ita possidere, neutrum interdicto victum iri constat. Nam & tu possides & ego, sed non eodem genere possessionis: si quidem iudex 118

iudex ex prætoris interdicto pronunciare non potest alterum possessorem videri, quod per consequens alter actor constitueretur, [r] & probatione dominij onerare- tur, me certe quidem possessorem non dixerit, ne te, qui ab alio licet vi, aut clàm vere tamen possides: [s] posses sione abdicet. Sed nec te possessorem dicere potest, ne me qui animo naturalem possessionem retineo posses- sione priuet. Nam qui vnum possessorem pronunciat, simul alterum minus possessorem effectu pronunciare videtur [t] Neuter igitur vincetur: at vero vter maiore fiducia probande proprietatis erit, is censeo, petitio- nem peragat.

[o] l. duo inf. prec. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum com.
[p] d. l. si duo vti poss.
[q] h. §. & l. si vt certo. §. si duobus vehiculum com.
[r] l exitus h. t. l. is q̃ destinauit de rei uẽ.
[s] l. 1. §. deijcitur. § qui à me. l. colonus l cũ fundũ. infr. de vi, & vi arm.
[t] l. pomponius. §. 1. de proc.

Ad. §. In amittenda. l. 3.

In amittenda quoq; possessione affectio eius qui pos sidet intuenda est. Itaq; si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere: protinus amittes possessionem. Igitur amitti & animo solo potest, quamuis adquiri nõ potest. sed & si animo solo possideas, licet alius in fundo sit. ad huc tamen possides.

In amittenda possessione præcipue animus possiden tis intuendus est, quia vt ignorãti [u] nulla possessio (vt possessori prosit) quæritur, sic nulla ignoranti amitti-
112 tur, [x] adeò vt qui solo animo possidet, licet alius in fũ do sit, adhuc tamen possideat, [a] non enim animus possi dendi, nisi scienti vnquam excutitur, quando non tam quæritur in amittenda possessione, an ab alio apprehẽ- sa sit, necne, quàm an domino possidendi affectio erep ta sit, id est, an dominus possessionem animo dimiserit.
113 [b] Ex quo seruus inquilinus, colonus, vsufructuarius, precarij possessor non prius possidendi affectum domi- no adimunt, quam alteri tradiderint, [c] quòd ante tradi tionem dominus ignoret. adhuc enim rem custodiri cre- dit, quum penes eos sit. At traditio alteri facta scientẽ facit, simul & possidendi animum excutit. Nam quod vulgo dicitur seruum peculiariter agentem [d] dominis ignorantibus acquirere, re quidem illi vera ignorant,

[u] l. 1. §. item adquirimus. l. 3. §. saltus l. peregre. §. quæsitum h. t.
[x] l. si id quod. §. fi. l. peregre. §. fin. cũ duabus seq. l. 1. §. siue aũt, &. §. qđ vulgo inf. de vi, & vi arm.
[a] l. si id quod. § . fi. l. quamuis h. t. l. 1. §. deijcitur. § . qđ vulgo inf. de vi. & vi arm.
[b] l. si id quod. §. fi. l. clam possidere. §.

ſed vi pecularis mandati animo ſerui poſſident, eoq;
nomine ſcire, & velle intelliguntur. Itaq; extranei in fū 119
dum meum ingreſſio mihi animū non adimit, ideo qđ
ingreſſio rem occupat, ne meo corpore rei poſſim incū
bere, nihil in animum meum ignorantis agit,[c] Perinde
ſi nemo in fundum ingreſſus ſit ſed mihi is terror ſit in
cuſſus, vt ad fundum accedere nolim poſſeſſionē amit-
to, exemplo Pauli[f] vtar ſi quis domum à latronibus
occupatam nunciet, & dominus timore conterritus nol-
uerit accedere, amiſiſſe eum poſſeſſionē placet. nam in
amittenda poſſeſſionem affectio præſertim intuenda eſt 120
non latronum apprehenſio, vel occupatio.[g] Mihi enī
non obſcure animus eripitur, ſimul ac nunciatum eſt la
trones domum occupaſſe. Quid quod lex ait[c] eum qui
fugatus eſt ſuperuenientibus quibusdam vi deiectum
non videri, niſi illi vi occupauerint. Nec enim vt lex
ait[h] ſufficit eum metu turbæ perterritum fugere. Sed
nos hic de amiſſione loquimur, quę ſolo animo in con
trarium acto fit[i] quæq; clare contingit, etiam ſi nemo
in vacuam poſſeſſionem inuadat, vt hic latronum ti-
mor planè animum poſſeſſoris in contrarium agere vi-
deatur millies etenim dominus poſſeſſionem amittere
mallis, quàm in latronum manus incidere. Propterea ſi
ſemel eò non reuerti ſtatuerim amiſiſſe poſſeſſionem di
cor, etiam ſi illi non inuaſerint. Nam ſi occupatam do-
mum eſſe vis, vt amiſſa videatur eſſe poſſeſſio Quid
caſum latronum afferri oportuit? ſi eodem iure cum re
liquis tenetur? Quandoquidem ſi hoc nuncio domum
meam occupatam verè reſcio, & eò accedere noluero,
palam eſt me amittere poſſeſſionem.[k] Eſt autem acqui
ſitio poſſeſſionis rei animo, & corpore apprehenſio.[l] 121
Amiſſio autem poſſeſſionis, actio eſt acquiſitioni con-
traria, id eſt, quum vel ſolus animus,[m] ſed qui præ ſe
corpus agit, vel prius quidē corpus deinceps animus
in contrarium acquiſitioni agitur. Planius dicam ani
mum amittentis animo acquirentis contrarium:[n] q; ī
acquirendo ea cogitatione, & animo ſum, ſic hanc cogi
tationem illa contraria affectione ne mihi poſſideā tol-
let. Hæc licet, in fundo pedibus inſiſtam, præ ſe tamen
corpus agit: nam vt ſemel corpus perdidi, mihi tenere
nolo, facio vt in prædio ſim tanquam ſtipes, ac lapis, &
dormiens.[o] nam à me planè vacua eſt poſſeſſio, quam
neq; mihi, neq; alteri teneo, eademq; à me occupanti de
relicta. Quam rem diligenter ad veritatem infra expre

qui ad nundinas. l. quēadmodū. §. ſi quis nunciet h. t.
[c] h. l. §. quod ſi ſeruus. l. peregre. §. fi. hoc tit.
[d] l. peregre. §. quæſitum. l. 1. §. itē adquirimus h. t.
[e] l. quamuis. l. qđ meo. §. fi. l. ſi id qđ §. fi. h. t.
[f] h. l. §. ſeq.
[g] l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas l. quod meo. §. fin. l. ſi id quod. §. fi. h. t. l. 1. §. ſiue autē corpore cū ſeq infr. de vi, & vi arm.
[h] l. 1. §. idem labeo ait de vi, & vi ar.
[i] h. l. §. noſtro. l. quamuis hoc t.
[k] d. §. ſi qs nūciet.
[l] l. 1. §. 1. §. cæterum. l. 3. l. quemadmodum. l. qui iure l. ſi quis ante h. t.
[m] l. quemadmodū h. t.
[n] l. ferè infr. de reg. iu. l. nemo ambigit C. eo.
[o] l. 1. § adipiſcimur l. quod meo inf. eo.

ſiſſe videntur.[p] Amiſſio autem in ſumma duo gene-
ra diducitur, aut enim eſt voluntaria, aut eſt violenta.
112 Violenta quæ vel ſolum animum poſſeſſori vi excuti-
tit, vel prius corpus, mox animum eripit. In hanc ſpe
ciem quæ cadant Iuriſconſulti diligenter interpretati
ſunt.[q] Voluntaria quum voluntate poſſidendi ani-
113 mum dimittimus in qua poſſeſſionem amiſſam intelli-
gimus, etiam ſi non transferatur. ſufficit quippe ſi ſe
transferre opinatur.[r] Huic generi modum poſſeſſio-
nis alteri dolo abdicandæ attribuunt. quæ affectio quũ
oculis non cernatur, ſed multifariam ſignificari ſoleat
meritò hæc ſignorum interpretatio ex Iuriſconſultis
eſt petenda.

[p] l. quemadmodum inf. eo.
[q] toto t. de vi, & vi arm. l. noſtra noſtro. §. &. §. ſiquis nunciet. l. clam. §. qui ad nũdinas. l. quod meo. §. fin. l. peregre. §. fi. l. pẽ. h. t. l. itẽ quod metus cauſa.
[r] l. 1. §. ſi vir. l. qđ meo. §. ſi furioſo hoc t. l. si ego ꝙ iudot.

Ad. §. Quod ſi ſeruus. l. 3.

Quod ſi ſeruus vel colonus, per quos corpore poſſidebam, diſceſſerint: vel animo retinebo poſſeſſionem. nam conſtat poſſidere nos donec aut noſtra voluntate diſceſſerint, aut vi deiecti fuerint.

114 De ceſſione ſerui, vel coloni per quos corpore poſſi-
debam poſſeſſionem non amitto,[s] ſed ſi alij tradiderit
amitto: non ſolum igitur per me corpore, & animo poſ-
ſideo, ſed etiam alieno animo, & corpore, vt per ſeruũ
115 cui peculium mandaui. Itemq; meo animo, ſed alieno
corpore, velut per ſeruum colonum,[t] procuratorem,
inquilinum, precarium poſſeſſorem, & vſufructuariũ
ſed quouſq; per meipſum? eouſq; dum mea voluntate
diſceſſero, aut vi deiectus fuero, In quæ duo velut ſum
ma genera poſſeſſionis amiſſionem Paulus[u] coniecit.
Alteram voluntariam alteram violentam ponens, id
eſt, dum quis in fundum ingreſſus me reuertentem nõ
admittat: aut dum me ab eo repelli poſſe ſuſpicor, poſſi
116 dere intelligor, ita alterutro mihi animũ quo ſemel poſ
ſidebam ingreſſus excutit. Nec enim ſatis eſt aliquem
in fundum ingreſſũ eſſe, idq; ſcire me, ſed me repelli
poſſe ſuſpicer Iureconſultus[x] addidit. Quid enim ſi re
uerſus facilè hominem depellam? aut ille mihi in re præ
ſenti cedat? Non tã recuperare quàm retinere videbor,

[s] l. ſi id quod. l. ſi colonus. l. ſi de eo. §. ſi forte. l. peregre. § fin. h. t. l. non ſolũ. §. qui pignori. tit. ſeq.
[t] l. 1. §. deijcitur in fr. de vi, & vi arm. l. ſi id quod. l. ſi colonus h. t. l. ſi ſeru⁹ §. 1. infr. de nox. l. & habet. §. cũ qui l. certe. §. is ꝗ infr. prec. l. adquiritur ſup. đ adq. re. dõ. l. male. C. de præ. 30. vel. 40. anno.
[u] hoc. §.
[x] l. ſi id quod. §. ſi hoc tit.

Itaque Celsus[a] rectè existimat alterius clādestino ingres-
su dominum non desijsse illicò possidere, facile ex-
pulsurū finibus simul scierit, id est, simulac scierit (vsi-
tato, & Iureconsultis & classicis authoribus loquendi
modo) & hæc mei ab ingresso deiectione suspicio spe-
cie violentiæ non caret. At verò mihi nunciato domū 127
à latronibus occupatam si timore perterritus accedere
noluerim possessionem amitto. [b] Quid si placet nun-
cium verum fuisse, fingere & domum occupatam, qd
lex non faciat? In voluntaria etiam amissione eius af- 128
fectio qui possidet consideranda est. itaque si fundo cor-
pore incumbat, & tamen cum possidere noluerit, proti
nus possessionem amittet. [c] etiam si nemo eā adeptus
sit quia animo solo, id est, cogitatione ne sibi posside-
ret amittens simul & corpore amittit, vt pluribus do-
cui) ne quis hic vtroque & corpore & animo in contra-
rium acto possessionem vti acquisita erat amitti dubi-
tet. [d] Hæc de possessione quam per me habebā. Quū
autem meo animo, sed alieno corpore rem teneo, sicuti
per seruum, colonum, inquilinum, procuratorem, vsu-
fructuarium, precario possessorem. [e] Quomodo tandē 129
itā possidere intelligor? Et puto in hac possessione me
nihil singulari fauore iuris ciuilis sustentari: sed illa tan
tùm publica vtilitate, qua per animata instrumenta no
stra negotia agimus, gerimus, facimus. [f] Quod hoc
exemplo palam fit. quum rei animo, & corpore incum
bo, quāquā naturaliter, & ciuiliter, vt Marcellus, et [g]
Iulianus, consentiunt, possideo. Quod hic meum singu
lare ius est? Quid lex meo nomine fingit? Quid supplet?
an corpus? At eò in re insisto, an animū? at ipsemet ani-
mo afficior: nec eius functionem lex quicquam adiu-
uat. Non tamen ignoro legem quum eam corpore po
ssideo me, & ciuiliter, & naturaliter tenere dicere. Sed
eo modo quo anim' dicitur, quo ius, [h] ars, & intelle-
ctus. Idem planè dicendum in possessione, quam ani-
mo meo sed serui, vel coloni corpore habeo. In quo ni-
hil mihi singulariter lex indulget, nisi quod in omnibus
reliquis hominis actibus, vtiliter inducit, vt alieno mi-
nisterio res nostras explicemus. Quod iam commune 130
ius institutum est habere, ita quod in hac specie opus,
me legis adminiculo, & priuilegio, naturalem retinere,
cum corpore, serui, vel coloni incumbo? Quamquam
intelligo hoc non quidem naturaliter possidere, sed vi-

[a] l. quod meo. §. fin. h. t.

[b] d. §. siquis nunciet.

[c] §. superiori.

[d] l. quemadmodū, h. t. l. ferè § reg. iu.

[e] l. generaliter. h. t.

[f] l. adquiritur sup. tit. 1.

[g] l. qui bona in fi. hoc tit.

[h] l. 2. §. quod vulgo infr. pro hære.

deri possidere, vt in seruo cui peculium permissum est:
cuius animo, & corpore lex diserte ait, dominum possi-
dere videri.[i] An quia animo meo, & corpore alieno,
quum possideo animus meus corpori eorum iuxta ad-
131 hæret, & insistit ac si ipse meo animo, & corpore possi-
derem?[k] Alioquin nihil interesse, verùm nemine, an
aliquo custode relicto fundo absim, quod tamen iure
diverso leges censent.[l] Pone, colonus fundo egreditur,
132 non deserendi animo, ego tum solo animo naturalē re-
tineo, quia eius tantùm corporis ministerium, & custo-
diam mutuabar. Is posteà regreditur, ego confestim
meo animo, & alieno corpore, possidere incipio. Ex
quo liquidò iudicare potes, si quis seruo, vel colono
133 absente fundum ingressus sit, mihi ignoranti possessio-
nem perire, quia seruus, vel colonus scierit. quòd eorū
corpori animus meus adhæreat, & assistat, vt per eos
etiam scire intelligamur. Nam si clàm seruo, vel colo-
no ingressus sit adhuc possideo. His ita acceptis statuo
134 serui, vel coloni affectu, vel pactionibus, sed nec ipsius
possessionis desertione, domini possessionem interpella
ri: nisi rem alteri tradiderint. Aut illorum de fundo de
cessione alius possessionem adeptus sit. quo casu domi-
nus etiam ignorans possessionem amittit.[m] Qui ta-
135 metsi reuera ignorauit, tamen per seruum, vel colonum
qui scierant, ex mādato custodiæ scire intelligitur, quia
domini animus assistere, atque adhærere corpori ipsorum
dicitur. Vnde etiam per serui, vel coloni[n] corpus ille
deiicitur, quæque in serui, vel coloni persona clandesti-
næ, aut violentæ sunt possessiones, eædem in domino
per se possidente intelliguntur, excepto, vt dixi, quoti-
es inquilinus, colonus, precario possessor, aut vsufru-
ctuarius prædium domino possidere nollent, dominum
tamen adhuc possidere videri: nisi alius prædiū ingres-
136 sus esset.[o] Nam quē dominus per seruum, aut colo-
num adeptum possessionem sciret, is clandestinus pos-
sessor non est. Finge item colonū, vel inquilinum sibi
rem vsurpare: non ideo ciuiliter possidere desiisse?
Respondi desiisse corpore eorum possidere, sed ani-
mo suo naturalem retinere videri, idque singulari iure,[p]
quòd in rebus mobilibus, sicuti in deposito, aut com-
modato non tenet.[q] Nam dominum confestim vel ig-
norantem possessionem amittere simul ac comodatari-
137 us, depositarius non reddere, sed sibi possidere consti-

[i] l. possessio quoque
l. possessionē pupillum. l. qui iure hoc tit.
[k] l. quod meo. §. procurator. h. t.
[l] h. l. §. saltus.
[m] l. pegre. §. quæsitum. l. 1. §. item adquirimus. h. t.
[n] l. clam possidere §. qui ad nundinas l. peregre. §. fi. h. t.
[o] l. si colonus h. t.
[p] l. peregre. §. quæsitum h. t.
[q] l. 1. §. deiicitur, & §. quod seruus. l. fin. inf. de vi, & vi arm.
[r] l. si de eo. §. si forte. l. si colonus. h. t.
[s] l. si quis rem h. t. l. colonus infra de vi, & vi arm.
[t] h. l. §. si rem.

tuerint. Cuius rei rationes satis luculentas Papinia-
nus [t] exoluit. Possidemus igitur animo, & corpore
alieno per eos quos ei rei constituimus. Itaq; si seruus,
vel colonus decesserint, quoquo animo egerint nihil
planè refert, dum alius eorum traditione possessionem
adeptus non sit, aut recessu adhuc animo possessionem
retinemus. Namq; nos coloni, vel serui affectu nihil
vti apparet, qui nostro in possessione vtimur. Et re ve
ra qui rem alterius custodiunt per se animum non ha-
bent, qui domini mandantis intelligitur. [u] sed tantùm
corpore nobis administrant. Ita ne latum quidem vn-
guem à veteri, & recepto legis scripto discedo. Nam ri
diculi illi mihi videntur, qui quum leges quæ de seruo,
& colono domini nomine possidentibus loquuntur,
enodare non possent, tantùm in scripti veteris, & com-
muniter recepti mutatione delitescunt, nam si adscri- 138
bunt, tradiderim, quid de hac quærendum erat; an do-
minus traditione rem suam amittat? Idem dicendum si
furere, vel mente capi cœperint, vel alij locarint adhuc
animo possidemus. [x] Atqui hoc iure differunt posses-
siones, quas per nos, & eæ quas per seruum, vel colo-
num tenemus: luculente Papinianus, [a] Eius inquit, 139
quod corpore nostro possidemus possessionem amitti,
vel animo, vel etiam corpore, si modò eo animo inde
digressi fuissemus, ne possideremus. Eius verò quod ser
ui, vel coloni corpore possiderent, non aliter amitti pos
sessionem, quàm si eam alius ingressus fuisset, eamq;
amitti nobis quoq; ignorantibus. Nec quicquā refert
moriantur, an sponte discedant, deserendæ possessionis
affectu: possessio ei qui custodię dedit salua est. Idq;
Africanus [b] his verbis probat. Si forte colonus per
quem dominus possideret, decessisset, propter vtilitatē
publicam receptum est, vt per colonum possessio reti-
neretur, & continuaretur, quo mortuo, non statim dicē
dum eam interpellari, sed tum demum, quum dominus
possessionem adipisci neglexerit. Aliud æstimandum
ait, si sponte colonus de possessione decesserit. Sed hæc 140
ita vera esse si nemo extraneus interim eam rem posse-
derit, sed semper in hæreditate coloni manserit. Itaq;
propter vtilitatem receptum est vt per colonum nobis
possessio retineretur, & continuaretur. quo mortuo
quæsitum est, quando possessio domini interpella-
retur, vtrum statim à morte, an tunc quum dominus
apprehendere possessionem neglexerit? Et iurecon-

[t] l. sirem mobilē.

[u] d. l. possessio ibi ciuiliter.

[x] l. si id quod in princ. h. t.

[a] l. peregre. §. quæ situm h. t.

[b] l. si de eo. §. 1. h. t.

ſultus ait dicendum,eam tum demum interpellari, quū
dominus adipiſci neglexerit. Sin colonus mortuus nō
eſſet,ſed ſponte de poſſeſſione diſceſſiſſet ,aliud exiſti-
mandum ait ſcilicet non interpellari;quod ius, & alijs
multis authoritatibus conſtat. Africanus [c] notat hæc
de poſſeſſionis interpellatione ex domini negligentia ,
colono quidem mortuo ita eſſe vera, ſi nemo extraneus
rem interim poſſederit,ſed ſemper ī hæreditate coloni
manſerit,vt proinde,vel cæcis eluceſcat poſſeſſionem
per ſerui,vel coloni mortem,furorem,dementiā abſen-
tiam,diſceſſumq́ ſpontaneum nō ante domino amitti,
141 quàm alius eam ſibi apprehenderit, Nam qui domini ,
vel negligentis poſſeſſionem,ſi vacua eſt īterpellari di-
cas? Nec enim facilè in rebus ſoli lex dominis negligen
tiam imputat,quod in rebus mobilibus facit. Quid tū
poſtea,an qui animo poſſideo,reliqui ſibi clandeſtini, ſi
ue doloſi prædones,& animo,& corpore non poſſide-
142 bunt? Hoc myſterium,vel potius oraculū in iure eſto,
quoniam omnibus enunciatum volo quicunq́ ſibi po
ſſeſſionem nacti ſunt. Sibi [d] autē nanciſci appello,ſibi
poſſidere animo poſſidere,animo domini habere,& ſæ-
pius ſimpliciter in hoc titulo poſſidere:(quæ loquendi
genera,vel dupondijs ob oculos poſita ſunt ad notan
dum) Siue clàm,ſiue precario,ſiue illo dolo,& perſua-
ſione quę vt imaginantur excutiendæ animo poſſeſſio-
nis impos eſt,eos aduerſus omnes à quibus nec clàm ,
nec precario,nec dolo,nec perſuaſione,quando vt hæc
verba edictis addamus authores ſunt,naturaliter, & ci
uiliter poſſidere,& tam iure tuendos eſſe, quàm priorē
143 dominum,vel poſſeſſorem aduerſus ipſos. [e] Conſtat
enim duos atq́ adeò mille,eandem rem ciuiliter poſſide
re poſſe. Licet aliquando contrariæ ſententiæ me ſub-
ſcripſerim. Sed vnum tantùm naturaliter. Nam & clā-
deſtini,& precarij poſſeſſores,quum de fundo abeunt,
& ſuam poſſeſſionem animo retinent, Hoc amplius ſi
colonus inquilinus,vſufructuarius,creditor pignora-
titius, [f] rem ſibi poſſidere cōſtiterint tantùm abeſt , vt
ſibi ipſi poſſeſſionem,qui antea non poſſidebant,muta
ſſe videantur,vt ijdem iuxta alios,& ciuiliter, & natu-
raliter poſſidere incipiant,& iure etiam prætorio aduer
ſus alios defendantur. [g] Quoniam in ſumma poſſeſſio
nis non multum intereſt iuſte,an iniuſte quis poſſideat
[h] Et poſſeſſio hic agitur quam naturaliter nobis acqui
ſiuimus, [i] id eſt,fundo inſiſtentes,& animo tenemus.

c d.l.si de co. §. si forte.

d l. quęcunq́. §. 1. de publici. l. si seruus. §. 1. de nox. l. q iure. l. quod meo h. tit. l. 1. C. com. de vsuc.

e l. fin. h. t. l. 2. vti poss. l. 1. §. deijcitur. §. qui vi à me. l. colonus. l. cū fundum inf. de vi, & vi arm.

f h l. §. siquis rem. l. si rem h. t. l. colonus de vi, & vi arma.

g l. 1. §. q vi à me. & l. cū fundum de vi, & vi arm.

h h. l. §. ex cōtrario l. 2. vti poss. l. fin. C. de reimend.

i h. l. § neratius.

Quod porrò ad accessiones attinet multùm interesit de- 144
sierit quis ciuiliter possidere, an secus: nam amissione animo possessionis omnia interpellantur, quæ eiusdem retentione salua habebant. At clandestini possessores, precarij, coloni, & cæteri ijs possessione germani quam quam domini possessionem non interpellent quandiu possident, aduersus tamen alios commoda possessionis accipiunt, atque rei in alium traditione domini possessionem interpellari constat. k Traditio, vt vides, serui, vel coloni per quos possidebam me possessione abdicat, si modò naturalis sit. Nam quæ iuris intellectu traditio habetur, vt per locationem, per retentionē vsusfructus, per depositum quæ sunt fictæ traditiones, quia cum vtilitate ciuium caussa inducta sit: ad eorundem sua possessione per serui, & coloni dolum fraudandorū
damnum lege authore grassari non debent. l Rectissi- 145
me Paulus, Si conductor rem vendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & vtrique mercedes præstiterit, prior locator per conductorem possessionem rectissimè retinet. Hunc intellectum Bartolus videtur præsensisse, sed aruspicis modo non interpretis. Item familiarum fauore eadem vtilitate communi, quæ ne à quoquam corrumpantur leges maxime laborant obtinuit. Hoc iudicium de seruo corrupto indicat, non modò generalis de dolo actio, Quū quis persuaserit, (inquit Proculus,) n familiæ meæ vt de possessione recedat, possessio
quidem non amittitur, sed de dolo malo actio in eū cō 146
petit, si quid damni mihi accesserit, serui persuasi, siue corrupti decessione de possessione, domino possessionē non interpellari. Quin hoc amplius in corruptorem de dolo actionem propter damnum, itemque de seruo corrupto iudicium dari. An qui persuadentur errent, vel ignorent, nec nescij viderit qui talia comminiscuntur, qui
certe ratione persuadentur, eos in errore, & ignorantia 147
versari dicendum esset, alioquin & colonus, & reliqui eiusdem notæ contrahentes persuasi quum errarent, & ignorarent nunquam tradere intelligerentur, quos ne-
mo non dicit & sentit sua traditione quoquo animo fa 148
cta eum vnde rem tenebat possessione priuare. Vnà etenim putant, qui inducti, & persuasi iuris stricti contractus ineunt, eos nihil ipso iure agere. Qua opinione leges innumeræ euerterentur: nempe qui errent, & ignorent, & in omnibus pactis, & pactionibus consensū esse necesse est, deinde putant persuasu serui dolosa tra-

k l. non solum. §. qui pignori, inf. de vsuc.

l l. si id qd in princ. l. quamuis. §. 1. h. tit.

m d. l. quamuis.

n l. cum quis de dolo mal.

ditione, ideo dominum possessionem non amittere quia hæc apprehensio clandestina sit. At qui clàm possidet, non possidet, sed tenet tantùm, & occupat. Sed qui ego feram, aut patiar diutius in tanto errore versari? qui certò sciam me in clandestinis aliorum possessionibus, & dolosis, ita si nesciam ingressos adhuc animo possidere. Quid Iustiniani P nouę cõstitutioni respondeas?
149 Quandoquidem hæc omnia conturbare videtur, quæ^o non modo iure ciuili, sed etiam naturali nituntur. Quã quæstionem in Sabinianis libris agitatam inscriptio responsi Pauli lib. 1 ad Sabinum indicare possit; quib^9 & si consulto respondere possum, eam constitutionem vnam ex quinquaginta Iustiniani esse, cui solemne fuit iuris ciuilis solemnia penè omnia abrogare. Tamen qũ um hic ius naturale agatur, id ius lege ciuili infirmatũ mihi nõ videri persuadeor, Qui cedò fax is vt quæ tui serui, coloni, procuratoris, & horum similium traditionibus corpore, & animo ea ne possideas? Fortasse queas dicere dominum post traditionem adhuc animo possidere, vt lex quidem ciuilis tantùm ciuile antiquet, q & Iureconsultus in seruo tantùm ad hoc persuaso, & quidem familiæ fauore qui sincerus est legis intellect^9, & in iuris commentitijs traditionibus constituerit Iustinianum qui tantùm de acquirenda; & retinenda possessione scribit vt titulus significat, non de ammittenda, quod in Pandectis tractatum huius explicuisset, hanc constitutionem quum ad acquirendam possessionem referri non posset de retinenda tantùm intelligam. Sensi igitur dominum rei possessionem tenere, quã seruus, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, vel desidia derelinquent, vel dolo prodidere, alteri occupãdam: ita, inquam, penitus retinere, vt nihil penitus præiudicij generetur. Sic Iustinianus quod veteres tantũ in seruo corrupto & fictis rerum traditionibus decreuerant, non sine aliqua ciuili æquitate in omnibus personis tenere voluerit. Reliqua verò iura naturalia, qua lia supra descripsi sarta, & tecta ijs quorum interest manere.

o l. clam possidere §. qui ad nũdinas l. quamuis h. t.
p l. fin. C. eo.

Ad. §. Saltus. l. 3.

Saltus hybernos æstiuosq; animo possidemus, qu amuis certis temporibus eos relinquamus, cæterum

animo nostro, tum etiam corpore alieno possidemus (sicut diximus) per colonum & seruum: nec mouere nos debet, quòd quædam etiam ignorantes possideamus, id est, quæ serui, peculiariter parauerunt, nam videmur ea, eorundem, & animo, & corpore possidere.

Quamquam proculus [q] eleganter docuit saltus æstiuos, & hybernos exempli gratia quum de retinenda possessione tractatur adscribi, id tamen exemplum sic insigne est, vt id à Iureconsultis emphaticoteros prę reliquis vsurpari credam, ita vt id exemplum rationis loco, Papinianus [r] ponere nō dubitarit. Illa quoq;, inqt, amittendę possessionis separatio est, nam saltus hybernos, & æstiuos, quorum possessio retinetur animo, licet neq; seruum, neq; colonum ibi habeamus, quamuis saltus possidendi proposito fuerit alius ingressus, tamdiu priorem possidere dictum est, quandiu possessionem ab alio occupatam ignoraret. Vt enim eodem modo vinculum obligationum soluitur, quo quæri assolet, ita nō debet ignoranti tolli possessio quæ solo animo retinetur. Saltus enim caussam possessioni ciuiliter retinendæ dederūt, Nam quum duplex pastio sit, altera agrestis, altera villatica (vt Varroni [s] placet) sciendū est antiquissimum esse iuris naturalis inuentum, siquidē vt scribit Dicæarchus (referente Varrone) hominis principio humanæ vitæ summum gradum fuisse naturalem, quum ex his viueret, quæ inuiolata vltro ferret terra. Atq; ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam, quæ prima dominium propè inuexisse in hominum societatem videtur. Meritò igitur quum saltus hybemi, & æstiui agrestis sint pastionis caussam ciuili possessioni dedisse videntur.

[q] l. 1. §. quod vulgo inf. de vi, & vi arm.

[r] l. peregre. §. illa quoq; h. t.

[s] lib. 2. de re rust.

160

161

162

163

Ad. § . Si rem apud te . l. 3.

Si rem apud te depositam furti faciundi caussa contrectaueris, desino possidere, sed si eam loco non moueris, & si inficiandi animum non habeas plerique veterū,

& Sabinus, & Cassius responderunt, rectè possessorem me manere, quia furtum sine contrectatione fieri non possit, nec animo furtum admittatur.

Quæ de thesauro, [t] deposito, commodato, locato, hic obijciunt furem efficere non possunt, nisi rem naturaliter contrectauerit, tametsi lex furem tantopere oderit, vt etiam condictione furtiua persequatur. [u] est enim æquum neminem fictitia rei contrectatione furti alligari, nec vt quis in delicto, vel quasi impingat facti simulationem, vt à nobis aliàs dictum est pro veritate haberi sicuti in superioribus exemplis traditiones fictas pro veris vtiliter recipimus. [x] Quæ fictio vt neminem furti alligat, sic fauorabiliter liberat. [a] Depositarius igitur, si sibi possidere constituit, affectu nec possessionem adipiscitur, nec domino rei possidendi cogitationem excutit, nisi eam loco mouerit. Nam hic ficta traditio, & apprehensio possessionis quæ in depositario, & commodatario, emptore de dominio, & lege ex vtriusque contrahentis voluntate, & consensu inducitur, locum sibi vindicare non potest, nempe quę inuito domino fieret. Qui igitur animum inficiandi depositum habet, nec id loco mouet, is furtum rei non committit, [b] quia furtum sine contrectatione intelligi non potest, nec idem licet non fur, sed prædo dominũ possessione rei prius abdicat quàm loco mouerit, quoniam vt dixi ficta traditio alterutro contrahentium inuito, vt hic nunquam à lege intelligitur, præsumitur. [c] Quid [d] si vetus sit depositum, vel commodatũ, & quum veteris apud alienum possessionis derelictio domini negligentiam, & custodiam omissiorem suadeat, [e] facilè eam animo amittit, etiam si nemo alius inuaserit, quia ficta adeptio ex vtriusque animo, & patientia tantùm legis intellectu locum habet, vt planè depositarius, & commodatarius veterem possessionẽ, interuertunt confestim ac sibi possidere, neque reddere constituerit, hoc ius de re mobili, de re verò soli, si colonus vel inquilinus ĩ prædio insistens sibi possidendi animum habet, non ante possessionem domino eripit, quàm alij tradiderit, vt alio loco docui.

164 165 166 167 168

[t] l. peregre. l. si rem mobi em. l. si quis rem. l. colonus. h. t. l. cum fundũ infr. de vi, & vi arm.
[u] tit. de cond. fur. §. sic itaque inst. de act.
[x] l. quod meo in princ. &. §. si venditorẽ. l. 1. §. si iusserim h. t.
[a] l. si fur infra de vsuc.
[b] l. inficiando inf. de fur. l. qđ ab alio de cond. fur.
[c] l. si quis rem in fi. h. t. l. colonus infr. de vi, & vi arm.
[d] l. si rem mobilem hoc t.
[e] h. l. §. nerua fili' in fin.

Ad . §. Illud quoq; l.3.& l.qui bonis fide hoc tit.

Illud quoq; à Veteribus præceptum est: neminem sibi ipsum caussam possessionis mutare posse. Sed si is qui apud me deposuit vel commodauit, eam rem mihi vendiderit, vel donauerit, non videor caussam possessionis mihi mutare qui ne possidebam quidem.

Vulgo opinione Iureconsultorum constat Neminem 168
sibi ipsum caussam possessionis mutare posse, in quo
miror quid caussæ fuerit quare nostri à Marcelli [g] ver
bis adeò claris in meras ineptias discesserint. Nam hoc
semper suspectum fuit. Vt enim in re mobili interuer-
sio odiosa [h] est, & lege vindicatur, immò si non elegans
furtum est. At furti specie non caret. Sic in rebus soli
caussę possessionis mutatio. [i] quod non nisi mala fide,
& lucri faciendi caussa hoc sibi ipse componere creda-
tur, cui, & hac ratione via eludendi edicti, nec vi, nec 169
clàm, nec precario [k] intercluditur. Dico igitur quod &
si sæpe dixi, sæpius tamen dici res flagitat, corpore, &
animo possessioni incumbere naturaliter, & ciuiliter po
ssidere, sibi corpore tenere, idem significare, [l] vt hic.
Itaq; censui (Marcello [m] authore) eũ sibi ipsum caus-
sam possessionis mutare, qui corpore, & animo posses- 170
sionem tenet (Marcellum autem de eo loqui intellige,
qui se tantùm naturaliter & ciuiliter possidere putat,
velut pro suo, qui titulus vsucapionem imprimis fun-
dare solet, [n] Nam qui vsucapit ciuiliter & naturaliter 171
possidere necesse est [o]) Sibi ipse (dico autem ipse) q
aliunde quæsita caussa fraudem legi non faceret) Hoc
vnum constituit, putat, & machinatur, vt alia ex caussa
id possideret, qua vitiũ possessionis cõtegeret: [p] velut
aduersus eum à quo fortasse, vi, clàm, precario teneret,
Et hoc veteres sibi ipsi possessionem mutare vocaue-
runt. Id si ciuilis simul & naturalis nõ potest multo mi-
nus, & qui naturaliter possidet, id est, qui alieno nomi-
ne tenet, saltem siue suo quidem, id quod in hanc quæ-

[g] l. qui bona in fi.
[h] l. si pignore, & l. si fullo de fur.
[i] l. qđ meo h. tit. l. non solũ. §. quod vulgo inf. t. 1. l. certe. §. iulianus infr. prec. l. 2. §. qđ vulgo infr. pro hær. l. cum nemo. C. eo. t. nostro.
[k] l. 1. inf vti. poss.
[l] l. quod meo. l. q iure. l. possessionẽ, pupillum h. t. l. seruus depositus. §. 1. de nox.
[m] d. l. qui bona.
[n] l. 1. 2. & fin. inf. pro suo.
[o] l. adquiritur in fin. sup. t. l. deniq;, & l. nec vtilẽ ex q. ca. ma.
[p] l. qui bona h. tit. l. non solum. §. qđ vulgo.

172 stionem venit [q]. Vsufructuarius verò, vel precario possessor, licet animo domini rem sibi possidere constituerint, sibi tamen ipsi caussam possessionis mutare nõ videntur, [r] quia propriè non possident. Necessarium est autem ante sibi ipsum possidere, quàm caussam mutare.
173 IPSE particula est emphatica, quod perspicuum faciunt accessiones quæ i domini persona locum habẽt, non in vsufructuario, aut precario possidente. [s] Animo verò deponere, & mutare nos possessionem posse Celsus, & Marcellus [t] scribunt. Sed non nobis ipsosmet verũ aliunde caussã quærere posse nõ ambigit, [u]

Ad. § . Genera possessionum . l. 3.

Genera possessionum tot sunt, quot & caussæ adquirendi eius, quod nostrum non sit, velut pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro hærede, pro noxæ dedito, pro suo sicut in his quæ terra, mari, vel ex hostibus capimus, vel quæ ipsi, vt in rerum natura essent, fecimus. Et in summa magis vnũ genus est possidendi, species infinitæ: Vel ẽt potest diuidi possessionis genus in duas species; vt possideatur aut bona fide, aut nõ bona fide.

Vnum est genus possidendi, quo de hic agitur nudũ à iuris ciuilis caussis per apprehensionẽ naturalẽ, [x] hoc
174 in nullas siue formas, siue sui partes notione differẽtes, rectè queas diuidere: nam quas putant non sunt veræ formę aut partes possessionis bonę fidei, & non bonæ fidei possessiones [a]. Hoc enim titulo potissimũ possessio instituitur ad cognitionẽ iurisq; artẽ, & informatur qui enim animo, & corpore rei incumbit, solum hoc POSSIDERE SIBI [b] putat & constituit. nã caussæ illę siue modi pro emptore pro hęrede, vel pro possessore, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo, & eiusdem figurę alĳ infiniti magis possessioni extrinsecus accedunt eidemq; magis à iure ciuili accõmodãtur, atq; adaptantur. Quã eã ipsam constituãt, adeò vt si in aliquã formã hic possessor ciuilis, & naturalis sese induere velit, maximè in ea specie ꝓ ẽptore, vel ꝓ indè ꝓ suo [c] agnosci velit, qđ huic tibi aliquũde vnq; differentię huius in mentẽ veniet, serui dñi ignorãtib9

[q] d. §. qđ vulgo.

[r] l. certe. §. is qui inf. prec. l. 2. §. qđ vulgo inf. ꝓ hęr.

[s] l. pomponius. §. fin. h. t.

[t] l si me in vacuã hoc tit.

[u] d. l. qui bona cũ fim.

[x] l. 1. cũ. 4. seq. sup. tit. l. 1. h. t. &. §. ne ratius. h. l.

[a] h. l. §. ex cõtrario in fin. l. 1. § . si vir h. tit. l. 2. infra vti. poss. l. 1. §. deĳcit, &. §. qui à me. l. colonus, l. cũ fundũ, infr. de vi, & vi arma. l. fin. C. de rei. uend.

[b] l. qđ meo in pri. & fine h. t.

[c] t. pro suo inf.

ex oībus caussis.(vt sup.docui) non modò ex peculia
ri,vt hic,ijsdem etiam inuitis non modò dominum, sed
etiam possessionem acquirere possunt(nam tibi ignorā
ti,& inuito seruus rectè rem dari stipulatur, e vtiliter
emit,reliquosq; contractus agit.atq; à tradente his de
caussis possessionem adipiscitur) quam aliàs nudam à
colore ciuili nancisci pro possessore (cui etiam opinio
pro suo accedit) propriè autem pro suo possessor est q
ea caussa tenet qua acquirit,tametsi vera non sit) nisi 177
te sciente nō possit. f Quod Iabolenus probat his ver
bis, Quod seruus tuus ignorante te vi possidet , tu id
non possides quoniam is qui in tua possessione est igno 178
ranti tibi non corporalem possessionem,sed iustam po
test acquirere: Nostri verò hanc rationem afferre solēt,
possessionem facti esse,quod in serui persona propriè
non etiam iure domini consistere potest , g at dominij 179
reliquarumq; rerū acquisitiones,quæ magis iuris sunt,
quum ex sola domini persona consient,illis etiā igno
rantibus meritò acquiri. Licet enim iure ciuili seruus 180
nullius sit capitis,iure tamen naturali aliquis habetur,
adeò vt sibi tenere licere,in suam personam vtiliter sti
puletur,eò quia factum tenendi rectè in eorum perso
na consistit. Hoc loco res flagitare videtur vt obiter
conditionem seruilis personæ paucis repetam qui vt iu
re ciuili nullo sunt numero, h ita iuregentium alicuius
capitis videri possunt,quum actus iuris gentium in eo
rum persona rari habeantur. Extant illa vestigia quæ
dicam sibi possidere possunt,& animū i habent cui ve
lint,aut nolint iurisgentium acquisitiones attribuere,
præterea se redimere possunt,ita vt contractu illo iuris
gentium libertas & ciuitas redeat,itaq; pleraq; iuris
gentium commoda k habent quo eodem multis etiam
incommodis, nedum iure ciuili afficiuntur. l Nam ma
nu domini tenentur,& coercentur. De seruis autē cō
muni iuregentium habitis loquor,nā apud aliquas gen
tes varia pro moribus seruorum conditio inualuit, vti
liter itaq; facta in suam personam stipulatur. m Et quā
quam ex eadem persona ex stipulatu agere non potest,
factum tamen non nisi rectum in eo explicatur . Sola
igitur corporis animo apprehensio possessio est. n Nā 181
donatio,dos,legatum,& cœtera huiusmodi possessionē
iustam,vel iniustam faciunt,naturalem vel ciuilem pa
rere certe non possunt.; Hæc summa est possessio vno
tantùm genere naturali quæritur: o sed quæsi ta plures

e l.quod seruus tu us.l.qui à seruo in fr.de act.& obl.

e l.seruus vetante inf.de verb.obl.

f d.l.qđ seru⁹ h.t.

g §.sed cū factum insti.de stip.ser l.sti pulatio ista.§.hæc quoq; inf.de ver. oblig.l.nec seruus de pec.

h Aristo.pol.1.c.4

i l.1.§.per cōem h.t.l.fin.C.de hæ red.insti.l.qui se di cit de iud.l.4.de manu.

k l cū fideiubebat l.fideiussor.§.fide iussor.l.si à reo.§. adeò inf.de fideiu. l.si id qđ de cōd. ind.

l l.seruitutē.l.qđ attinet infr.de reg. iu.l.nec seruo de pec.

m d.§.sed cū factū &.§.hæc quoq;.

n h.l.§.neratius,et §.ex contrario.

o .l.1.§.adipisci mur,&.§.seq.h.t.

modos,& figuras recipit,vnde sese tueatur. Qua re
pluribus de caussis possessionem vt tenere iustam vel p h.l.§.ex plurib⁹
iniustam possumus, [p] ita & nō semel petere,vt vna ac l.non vt ex pluri-
tio alterius conceptione minime vicietur. Quod in cau bus infr.de reg. iu.
ssa proprietatis contingit,quod ex possessionis & do- l.& an eandē inf.
minij iudicijs cuius liquet. Qui vindicat satis habet si de exc.rei.iud.
se dominum semel probet:quare etiam omnes caussas
182 in vnam conijcit. At possessor omnes suę possessionis
caussas vnius deductione non comprehendit: vnde ite
rum agens non repellitur,veluti vt,in interdicto Vti
possidetis,in quo vterq; reus,vterq; actor, & proinde
vtrumq; ex pluribus caussis possidere necesse est. [q] q l.si duo infr.vti
Hinc nempe iusta possessio,illinc iniusta hinc bona fi- poss.l.fin.h.t.
des,illinc non bona fiat. Si pro possessore non vicero
pro emptore,aut alio titulo aliũde parto vicero.[r] Qua r l.1.infr.vti poss.
caussa ab alio quæsita,tibi ipse possessionē mutasse nō
videri. Ea præter vt rem planius dicamus, Vnum ge-
183 nus esse possidendi,nec id diuidi in naturalem posses-
sionem & ciuilem in pro suo,pro possessore, pro dona-
to,pro dote,& cætera. vel hinc liquet,quod hæ vt sic
dicam, qualitates possessioni iam suum nomen nactæ
aduenire possunt. Etenī prout hoc aut illud spectatur,
extrinsecus hoc aut illud nomē recipit ac proinde nomi
nũ numerũ magis facit,quā rerũ notione differentiũ,[s] s h.l.§.ex contra-
veluti, quum aliquē emisse,quũ hæreditatē creuisse, rio.l.2.vti poss.
quum pactum, dotem considero, titulos, & caussas
arcesso, non à capite possessionis naturalis ,sed ab alio
facto,ut pactionis,empti,cretionis hereditatis &c. Iam
si ut quāq; rē naturaliter apprehēdimus,rei possessio
ni qualitatem aliquam iuris attribuas,agmen possessio
nũ atq; adeò infinitatem nec visitatam ,ex Iuris arte
& eā maxima ex parte innominatam creaueris eius rei
vestigia extare in ijs quæ terra mari cœlo q; capiunt.[t]
Quis enim ,ut ea apprehendat, caussam è iure ciuili t l.1.h.t.&.tit.ſ.
mutuatur? num statim paciscitur? num emit? permu
tat? ut illa adispici liceat? Idcirco unum naturale genus
est possidendi nec quæ dicuntur formę habendę sunt.
speceis enim generi vt dialecticis [u] placet insita est, u l.si quid earũ.§.
184 id est intrinsecus hæret atq; ex eo fonte deriuatur. interemptum de
Quumq; argumentum commodè è genere eliciatur si leg.3.
partes sine vlius pretermissione persequimur, posses-
so genus ritè appellari non potest: nempe cuius modos
infinitos cōnumerare nequeas. Hinc igitur possessionē
scorsum à iuris caussis,& quidem in mero iure natu-

rali positam spectare debemus. Sed an possessio sicuti 185
dominium in iurisgentium & iuris ciuilis possessionem
diduci possit?

Ad principium . l . clam. h . tit .

Clam possidere eum dicimus qui furtiuè ingressus est possessionem eo ignorante quem sibi controuersiam esse facturum suspicabatur, & ne faceret timebat is autem, qui quum possideret non clam se celauerit in ea caussa est vt non videatur clam possidere. non enim ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ exquirenda est. nec quemquam clam possidere incipere, qui sciente aut volente eo ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bona fide possessionem nanciscitur. Itaq;, inquit Pomponius, clam nanciscitur possessionem qui futuram controuersiam metuens ignorante eo quē metuit, furtiuè possessionem ingreditur.

Is qui quum non clam possideret, si celauit clandestinus possessor non est, satis enim est si initio bona fide fuit, quoniam bonę fidei vel non bonæ possessionē
non ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanci- 186
scendæ diudicat, adeò vt dñs qui animo possidet īterdicto vti possideris vincere nō possit, qa uterq; [x] possessor est, Sic si vacuam possessionem occupaueris deinde reuertentem dominum prohibueris vi possidere non vi debere quia origine ipsa bonæ fidei sis occupator, licet postea rem alienam fuisse cognoris [a]. Quod eousq; iuris est, ut dominus neque retinendæ, quia prohibitus animo possidere desierit, neq; recuperandæ interdicto vincere queat, quia alter nec vi, nec clam ab eo possideat [b] Quod igitur ei reliquum est remedium ? vindi-
catio, vt veteres Iureconsultos respōdisse Iustinianus [c] 187
testatur; Sed hanc Iuris maram subtilitatem idem Iu-
stinianus

x l. si duo inf. vti poss.

a l. sequitur, § . itē si odcupaueris ff. de vsuc.

b l. r. inf, vti poss.

c l. fi. C. vnde vi.

ſtinianus nouella conſtitutione decidit,ac omnes poſſeſſores ſcire debere quod ſuum non eſt,hoc ad alios modis omnibus pertinere iuſſit.

Ad. §. *Qui ad nundinas .l. Clam.*

Qui ad nundinas profectus,neminem reliquit ſi dũ ille à nundinis rediret, aliquis occupauit poſſeſſionem, videri eum clàm poſſidere Labeo ſcribit. retinet ergo poſſeſſionem is qui ad nundinas abijt verum ſi reuertentem dominum non admiſerit,vi magis intelligi poſſidere,non clàm.

Quod ipſi ſolo animo poſſideamus, eouſq; retinem⁹ donec alius in fundum ingreſſus,aut reuertentes nos re
188 pellat,aut nos ita animo poſſidere deſinamus quod ſuſpicemur nos ab eo repelli poſſe. [d] Hoc autem nos ſuſpicari conijciendum eſt ſi ſcierimus nec reuertamur. [e] Nam domino niſi ſcienti animus poſſidendi iure volun
189 tas adimi non poteſt. Aliud iuris eſt quum ſerui vel coloni corpore ſed animo noſtro poſſidemus. [f] ſimulac quis in poſſeſſionem inuaſit eam amittimus licet re vera ignoremus quod per ſeruum vel colonum, quos rei cuſtodiæ præpoſuimus ſcire intelligamur. ideoq; hic (nemine relicto) Vlpianus ſcripſit,quod aliquo in fundo relicto dominus continuo ab alterius ingreſſu vel ignorans animo poſſidere deſinat. Et hęc eſt poſſeſſionis differentia per nos retenta,& per ſeruum vel inquilinum poſſeſſæ.

[d] l. ſi id quod. § fin. h. t.
[e] l. 1. §. ſiquis nũciet h. t.
[f] l. peregre. §. fin. h. t.

Ad. l. *Quemadmodum.*

Quemadmodum nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur,niſi in qua vtrũq; in contrarium actum eſt.

190 Vt poſſeſſio animo & corpore adquiritur,ſic nunq̃ amittitur,niſi in qua in contrarium vtrũq; actũ eſt. [g] Ex hoc atq; talibus & eiuſmodi iuribus,ſũma illa regula eſt facta ferè quibuſcũq; modis homines obligẽtur, ijſdẽ in cõtrariũ actis liberari:ideoq; dictũ eſt ferè quia illa generalis iurium in regulam coniectio quibuſdam in caſibus præteriri ſolet: quod eo ſcripſi quia etiam

[g] l. quamuis h. t. l. ferè inf. de reg. iu. l. nihil tam naturale. l. verborũ obligatio infr. de ſolu. tot. t. de accep.

muenti sunt qui ferè ad amissionem possessionis adiungere ausi sunt. Redeo ad possessionis amittendæ modū quæ nisi iisdem modis quibus acquisita est in contrarium actis amitti non potest. Ita ꝙ scire debemus animo amissionem, possessionis secum eodem cogitationis momento corpore amissionem trahere.[h] non cōtra corpore amissionem trahere possessionis animo amissionē.[i] Quod ego licet corpore fundo absim animum tamen adhuc habeo quo illam retineo. Propterea si corpore sim in fundo, & tamen noluerim eum possidere, quo solo animo siue cogitatione mihi amplius non possidendi necessario simul & corpore possessionem amitto. Nihil enim refert pedes in fundo positos habere, si mihi non ponuntur.[k] Nam cui fundum possideo, aut enim mihi aut alteri, aut neq; mihi neq; alteri teneo. Si alteri teneo ille meo corpore naturaliter possidet.[l] non ego, quæ duo naturaliter in eodem loco neq; stare, neq; sedere p rerum naturā) possunt. Vnà etiā illud verum est me corpore possessionem amittere, si neq; mihi, neq; alteri possideo, tantumdem in fundo ago (quod ad possessionem attinet) quantū quæuis quadrupes in eo pascēs.[m] sic abiecto possidendi mihi animo vacua possessio occupanti relinquitur. Vera ergo iuris constitutio, vt nisi corpore & animo acquirere non possumus, ita nisi animo & corpore amittere non posse. Nam vt dixi & liquido cernitur qui animo amittit eum necesse est & corpore amittere. Qui verò corpore abest non amittere (nisi animum abiiciat, vel voluntate contraria, vel metu q animum excutiat,[n] In quos duos modos possessionis amissionem coniicio authore Paulo,[o] cui hoc certo cōstat: omnes possidere donec aut sua voluntate discesserint, aut vi deiecti fuerint. Ea propter Iurisconsulti modum animo amittendæ possessionis frequentius quàm corpore amittendi genus vsurpant,[p] quod is occupationem regit ac moderatur, eamq; vel possessionem, vel non possessionem facit. Sic enim ferè semper in hoc titulo & reliquis vsucapionis, & vsurpationis tractatibus possidere pro sibi habere, tenere autem pro alteri habere accipitur,[q] saltem ne sibi quidem, si ita abhorrens est, vt neq; sibi neq; alteri sapiat, adeò vt hoc titulo corpore possessio sine animo esse non possit: animo possessio sine corpore possit. Nempe quæ ciuilis retentio sit naturalis possessionis, quæ vsucapioni destinatur. Finge porrò cum animi pœnitere adhuc in fundo

191

192

193

[h] l. 3. §. in amittenda. h. t. l. licet. C. eo.

[i] l. quamuis h. t.

[k] l. 1. §. 1. l. qui iure h. t.

[l] l. quod meo.

[m] d. l. 1. §. 1. & §. cœterum.

[n] d. §. in amittenda cum seq. & l. si id quod in fi. h. t.

[o] l. 3. §. qđ si seruus h. t.

[p] l. pegre. §. fi. h. t.

[q] l. stipulatio ista. §. hæc quoq; stipulatio. l. si quis ante. h. t. l. certè. §. is q, & l. & habet. §. eum qui infr. prec.

insistentem tum opinor mutata voluntate, naturaliter & ciuiliter fundo incumbere incipiet, id est Iuliano[r] interprete, naturaliter & ciuiliter possidere, atque ex eo vsucapere, vt si fundus quasi alienus sit iustũ dominum tamen animo possessorem fecerit, nisi se reuertentem ab hoc repulsum iri cogitat.[s] qua cogitatione omnem possessionem amittit. ergo is inquires, sibi ipsi possessionem mutauerit? non est ita. nam priorem amiserat, & is intelligitur sibi ipse possessionē mutare, qui corpore & animo rei incumbit. Nihil igitur Paulus iura oppugnat. quatenus nos possessione nisi corpore & animo cadere non posse dicunt, quum amitti & animo solo posse respondit,[t] quamuis acquiri non possit.

r l. 2. inf. p hered.

s l. si id quod. §. fin. h. t.

t h. l.

Ad. l. Iuste Possidet.

Iure possidet, qui authore prætore possidet

Etiam si iniquo, & iniusto prætoris edicto possideat relatione scilicet ad illud facta quod prætorem[u] facere conuenit, modo ne iuris error decretum peperit neue contra constitutiones, & leges factum.

u l. pen. de iust. & iu.

Ad. l. Naturaliter.

Naturaliter videtur possidere is, qui vsumfructum habet.

195 
QVVM opinione iurisconsultorum Constet possessionem corporis, & iuris esse, idest, animi possidendi sibi (quod & si sæpe dixi, sæpius tamen non sine magna animi iucunditate dicendũ est) Vsufructuarius,[x] vel precario[a] possessor, item creditor,[b] qui in possessionē mittitur rei seruandæ caussa possidere non dicuntur, licet in possessione eos esse Vlpianus[c] affirmauerit, qua ratiõe
196 sibi ipsis possessionis caussã mutare non possunt, qp pe quos aute necesse sit possidere, quàm possessionis

x l. adquiritur inf. sup. t. §. idẽ placet vbi theo: inst. per quas. p no. adq.

a l. certè. §. is qui infr. prec.

b l. 3. inf. h. t.

c d l. certè. §. is q̃ if. prec. l. si seruus §. is qui de nox.

caussam (vt supra docui) mutare Sed cur Vlpian⁹ natu-
raliter videri possidere q vsumfructũ habet affirmare
an quia quicquid emolumenti verus dominus ex pos-
sessione sua posset percipere, id omne vsufructuarius [d] 196
percipit? Quod & ĩ eo, q pignus accepit Iabolen⁹ [e] af-
ferũ habee: qui pignus dedit (inquit) ad vsucapionẽ
tantum possidet, quoad reliquas omnes caussas perti- 197
net qui accepit possidet, quomodo ? quia emolumen-
ta omnia, quæ percipi ex possessione possunt, aliena
in possessione consequitur; ita vt ipse possidere videa-
tur; quod Pomponius [f] non negauit in eo, qui preca- 198
rio rogauit vt sibi possidere liceret, nam hunc posses-
sionem nancisci non est dubium. Sed quid [g] si condu-
xit quidem prædium, precario autem rogauit, non vt 199
possideret: sed vt in possessionẽ esset? est autem longe
diuersum, aliud est enim possidere, longe aliud in pos-
sessione esse.

[d] l. adquiritur. l. bonæ fidei in verbo quoad fruct⁹ sup. t. l. vsufructus de vsuf. Cicero ad Cur. lib. 7. epi. censet id cuiusq; esse propriũ, quo quisq; vtitur, & fruitur.
[e] l. serui nomine in fr. t. 1.
[f] l. & habet. §. cũ qui infr. prec.
[g] l. siquis ante h. t.

Ad. §. Nihil commune. l. Naturaliter.

Nihil commune habet proprietas cum possessione & ideo non denegatur ei interdictum VTI POSSIDETIS *qui cœpit rem vindicare, non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vindicauit.*

Hæc pars legis quo breuior est, hoc plures res com-
prehendit, & ob eam fortasse caussam subobscura est 200
Principio ponit Vlpianus proprietatem nihil commu-
ne cum possessione habere: hinc cõ sequi respõdit ei nõ
denegari interdictum Vti possidetis, qui rem cœpit vin-
dicare, cet. vindicauit, id est, rei vindicatione egerit. Ad
iungit autem rationem ex positione natam. non enim,
ait, videtur possessioni renunciasse qui rem vindicauit.
Quod cõ verum est quia proprietas nihil cõmune cum
possessione habet. More autem [h] priuatarum actionũ
à Prætore dandarum, vel denegandarum, qui olim in 201
priuatis iudiciis constituendis seruabatur sublato, inter
dictis etiam sublatis. [i] Verba tamen illa actionem ali
cui dari vel denegari: [k] itemq; interdictorum nomina,
veluti, Vti possidetis, in vsum manserunt, ac significare
cœperunt, aliquem agere posse aut non posse, vt inter

[h] l. 2. §. deinde ex his de or. iu. l. veluti inf. de ver obl. l. nam, cum de præsc. verb. l. actio d. negot. gest. varr. lib. 2. de re rust. Cic. pro mur. ad attic. libr. 6. & de or. 1. & phil. 9.
[i] §. fin. inst. de inter.
[k] l. veluti d. verb. obl. cic. in ver. 4. & lib. 2. ad heren.

dictum vtilem extraordinariam actionem. Quæritur
an qui rem petere cœperit, vel petit interdicto retinē-
dæ possessionis vti possit Respondit Vlpianus posse;
quia proprietas [l] quę tantum petitoriū iudicium pa-
rit, nihil habet commune cum possessione quæ possesso
rium gignit. Ex quo sciendum legitimam actionem [m]
202 dici in qua solemne est verba legis inferi. nam formu-
la legis sententia contenta non est sic actio de dote bo-
næ fidei esse censetur, quod in bonum & æquum cōci
piatur, [n] sic petitorium iudiciū est in cuius conceptio
ne verbum dominij siue proprietatis solemne est: posses
sorium verò in quo possessionis nomen vertitur, aut
quod eiusdem significationis sit, vt verba. meum, tu
um & similia vt quibus verbis erit actio, ijsdem sentē
203 tia reddatur Pronunciat enim iudex me dominum esse
videri. [o] vel rem mei esse dominij, mox eam restitui iu-
bet, verbi gratia, in vindicatione si apparet vel si tibi
probaui me dominum fundi &cętera. In intredicto
204 quū illud carmen VTI POSSIDETIS &c.
desuetudini iampridem mandatum sit: satis habemus
extraordinem intendere. ad hunc modum Dicam velle
ex intedicto retinendę possessionis vel vti possidetis ti-
bi scribo. [p] contra quam alter reorum idem dictet. Quem
veterem Interdicti ordinem ita Festus apperit, in legi-
timis actionibus nemo ex his fundum possessionē suā
205 vocare audet, sed ad interdictū venit, vt prætoris ver-
bis vtatur vti nunc possidetis eū fundum de quo agi-
tur, quomodo nec vi, nec clam, nec precario, alter ab al
tero possidetis, ita possideatis, aduersus ea vim fieri ve-
to. Quæ quum ita sint existimo agentem interdicto re-
tinendæ, aut quocunque alio, non repelli exceptione vin
206 dicationis cœptę. sed nec eadem finita rei iudicatę ex-
ceptione. [q] Quam enim caussam elidendæ actioni re-
us afferre potuit nisi quòd actorem bis idem petere di-
ceretur? At non eadem res in interdicto quæ in rei vin-
dicatione est, in hac fundus, in illo possessio fuit, qua fū
dus [r] non est qui possidetur, cum qui possessorio agere
cœpit, postea vindicantem non excludi responsum est.
eadem ratione, quod alia atque alia res in vtroque iudicio
disceptatur. Huius quæstionis arbitros honorarios Pau-
lū [s] & Papinianum quæso ne reijciamus, si quis, inquit
Paulus, interdicto egerit de possessione, postea in rem
agens non repellitur per exceptionem, quoniam in inter
dicto possessio, in actione proprietas vertitur, quod ex

[l] §. 1. inst. de act. l. officium. l. in rem actio. de reiuend.
[m] l. nominis & rei §. verbum infr. de verb. sig. l. pen. si quad. pa. fec. dic. l. sed & iulianus ad mac. l. si id quod. §. quod si de iur. om. iud. l. quoties de præ. verb.
[n] l. eas obligatiões ver. itaque de cap. dim.
[o] l. officiū. l. ex diuerso. § vbi aūt de reiuend.
[p] l. 1. inf. vti poss.
[q] l. & an eadē inf. de exç. rei iud.
[r] l. si mulier. § 1. quod met. ca. l. si duo. § fin. in f. vti. poss. d. l. & an eandem. § fin.
[s] d. § si quis. l. cum fundum inf. de vi & vi arm.

earum actionum formulis liquet. Itaq; quum in Vlpiani & Pauli responsis interdictum vti possidetis & rei vendicatio ponantur, eademq; ratio iuris vtrobiq; reddatur, vtrumq; idem sentire & constituere perspicuũ est, Nam illa ratio quia proprietas in petitorio iudicio agitur, in possessorio possessio, inuoluté hoc dicit, quod enucleatius Vlpianus, nihil scilicet proprietatem commune cum possessione habere, alias proprietas & possessio in formulis permiscerentur, si altera alteræ obstaret. quod Venuleius[t] vetat, vt quum verbi gratia eadem res ab eodem pluribus ex caussis debetur ex singulis caussis, singulæ obligationes, & ex obligationibus singulæ actiones oriuntur, vt nulla earum alterius petitione summoueatur, multo minus actio ex proprietate nata contestatione possessionis vitiabitur, Quum hæc inter se magis quàm debendi caussæ differant Vlpian' igitur, & Paulus hoc agitant vtrum petitione rei interdictum vitietur, & ei renuncietur: itemq; conuersim vtrum ex interdicto actione proposita, vindicationi renuncietur. In quo expendunt tantùm vim secundæ actionis, quam per primam non vitiari hauddubiè respõdent, quia longe aliud sit iudicium à priore. Non autẽ vtrum actor vtiliter necne egerit priore actione ex interdicto qui postea vindicare incipit, vel priore petitione qui deinde ex interdicto agit. Minus etiam considerant quomodo iudicia de vi & proprietate & possessione explicentur, quod leges explicare videntur, in quibus contrarium aliquod constitutum nostri interpretes 207
falsò existimant.[u] Sicuti & Iustinianus[x] de negatoria in rem actione pro seruitutibus loquens scribit. qđ genus actionis in controuersiis rerũ corporalium proditum non est, nam in his agit qui non possidet. Ei verò qui possidet non est prodita actio, per quam neget rem actoris esse: sanè illo casu qui possidet partes actoris sustinet qui ille casus est de seruitutibus. qđ Vlpianus concisius dicit. Interdictum autem[a] possessorem prędij tuetur, quod est vti possidetis. Actio enim nunquam vltro possessori datur. Quippe quũ sufficiat ei quod possideat.

Sed an is qui fundum vendicauit ab eo cũ quo interdicto vnde vi potuit experiri pendẽte iudicio nihilominus interdicto agere possit? Respondet Papinianus[b] posse quod ius singulare est in odiũ vis illatę comparatũ tametsi ea ratione possessorem aduersariũ constituerit.

[t] l. pen. h. t.

[u] l. si de vi de iud. l. qui cętu ad. l. iul. de vi publ.

[x] §. æque inst. de act.

[a] l. 1. de interd. d. § æque.

[b] l. cum fundum. §. fin. infr. de vi, & vi arm.

Al. §. Differentia. l. si quis vi.

Differentia inter dominium & possessionem hæc est, quod dominium nihilominus eius manet, qui dominus esse non vult: possessio autem recedit vt quisq; cõstituit nolle possidere. Si quis igitur eâ mente possessionẽ tradidit, vt postea ei restituatur desinit possidere.

Possessio solo animo amittitur. nam statim ac posses-
sor vult dimittere ab illo vadua est possessio, etiã si nõ
in alium transeat. Dominium non item. nam licet domi
nus esse nolis; res tamen tua manet cuius fuit habes'q;
eius vindicationem; quę eius rei sit ratio dicam, rerum
dominia nudis pa[illegible]is, quæ nudi sunt animi & volun-
tatis transferri nõ possunt,[c] quæ ex naturali possessio
ne cœpisse constat.[d] Ideoq; traditionibus non affectio
209 ne acquiruntur. Quid quod missilium in vulgo nu-
mismatum, item q; rerum pro derelicto habitarum do-
minia solo animo amitti videtur? Negat hoc Paulus,[e]
210 nec enim simplex dominij omissio in his speciebus ani-
maduertitur; quum verum sit, neminem rei pro dereli-
cto habitæ dominum fieri quam is qui possessionẽ na-
ctus sit.[f] Illud tamen in veritate est eum qui rem abie-
cerit nec voluit rerum suarum numero esse, quæ abie-
ctio voluntas nuda intelligi non videtur, simul & do-
minium abiecisse.[g] Addamus si placet, hoc genus missi
lium domini voluntate transferendi. itemq; illud pro
derelicto fauore magistratuum, vtilitate publica susti-
211 neri. Quin & hæc formas vsucapionis esse, non iurisgẽ-
tium acquisitionis, præsertim quum à non domino res
vel pro derelicto habetur, vel iacitur. Indicat Theophi
lus[h] qui à quatuordecim acquisitionis naturalis modis
212 missilia & derelicta seiunxit atq; horum exemplo vel
potius ratione quidam aiunt populum Romanum de-
ditione Mancini[i] eiusdem possessionem amisisse vide
ri, etiam si à ciuitate cui deditio facta acceptus non sit.
ita vt Mancini à celante ipsum aut alio vi possidente
adiecta caussa, ex iure Quiritum (quo solo genere Ro-
manus ciuis[k] petitur) vindicari non possit, nisi fauore

[c] l. nunquam nuda sup. e. 1.

[d] l. 1. sup. e. 1. & l. 1. h. t.

[e] l. 2. pro derel.

[f] l. 2. pro derel.

[g] l. 1. pro derel.

[h] §. fin. inst. per quas pers. nob. adquir.

[i] l. fi. de legatio: Cice: in Top. quo genere mãcini caussa defendi põt postliminio redijsse deditum non esse quoniam non sit receptus.

libertatis, quæ semper plurimi æstimanda,[k] aliud iuris
statuas quarundam tamen rerum animo dominiũ amit
timus,[l] nempe earum quarum possessionis amissionẽ
dominij quoque iusta derelictio sequitur vt ferarum in
qua specie ad rei naturam regula iuris continet hæc fe-
rarum natura est, vt omissa possessione continuò & do- 213
minium amittatur. nam statim atque apprehensione no
stra euaserunt, omnibus iure gentium ad occupandum
patent: immò offerri videntur. Hic differentiam domi-
nij & proprietatis agnosce, quod possessio solo animo, 214
id est, simulac quis sibi possidere noluerit amittitur do-
minium non item. Ex quo dominium definitur ius esse
alicuius, vt rem animo apprehendentis, ita nisi ab eodẽ
traditione non alienabile. Nam nostrum, vt est in iuris 215
regula[m] dicitur quod sine facto nostro ad alium trans-
ferri non potest. Itaque nec dominiũ nec dominus pro-
prie earum rerum est, quæ non possidentur, veluti iura
& incorporalia omnia [n] sed tamen vtilitatis caussa re-
ceptum est, vt dominus seruitutum dicatur seruitutesque
vsucapione constitui,[o] seruitutumque vrbanarũ liber-
tates possideri & vsucapi. Dominium ergo siue proprie
tas (vnius rei duplex nomen multis iuris exemplis esse 216
potest. Ius est quo rem nostram dicimus, nostrum autẽ,
cuius non potest vlla pars dici alterius esse.[p] Abusiuè
tamen rem nostram dicimus, cuius vsusfructus noster
est.[q] Immò & fructus prætoiure id est antiquo, siue
populi Romani iure abusiuè noster dicitur, non modò
res in qua is constitutus sit, quia vsusfructus seruitus 217
prætoriam confessionem, vel negatoriam parit,[r] nõ ci
uilem in rem actionem, quæ vindicatio vocatur, sicuti
dominium siue proprietas. Quid igitur possessio à do-
mino distat animo, id est, iure amittendi. Quid autem
dominium à possessione facto siue vsu, vt enim factũ
iuris est caussa, sic ius ortũ de facto. At vt summatim 218
rem complectar dominium velut finis quidam est pos-
sessionis. Altera differentia est inter dominium & pos-
sessionem. Nam dominium rerũ singularũ est duplex,
aut enim iure gentium, aut iure ciuili acquiritur.[s] Nõ
enim hic de domino vniuersitatis bonorum, vt hæredi- 219
tatis sicuti nec de bonorum possessione, id est, iuris vni
uersi possessione quales prætoriæ bonorum possessio-
nes dicere institui.[t] At possessio rerum non bonorum
possessio tantùm naturalis est. Nam quod artis quum
ciuilem possessionem nominant, eandem & naturalem

leges

[k] l. 1. §. 1. de reiu.

[l] l. 3. §. nerua filius h. t. l. 3. cũ duab. seq. sup. t. 1.

[m] l. id quod nostrũ de reg. iu. l. omnes actiones in fi. & l. meorũ & tuorum inf. de verb. sig.

[n] l. possideri h. t.

[o] l. sequitur. §. si viam, & §. libertatem. l. si aliena res. §. 1. tu prox. seq.

[p] l. recte de verb. sig. l. omnes actiones inf. de reg. iu.

[q] l. 3. de vsuf. Cic. ad cur. lib. 7.

[r] §. æque de actio. l. 2. si seru. vend.

[s] l. 1. sup. t. §. singulorum inst. de rer. diu. Theo. inst. de liber. §. dedititios. Cic. in top. abalienatio (inquit) est eius rei, quæ mãcipi est aut nexu, aut cessionem ĩ iure facta traditio vide Boe. ibi.

[t] l. 1. 2. & 3. de bon. poss.

leges intelligunt, nempe naturalis possessionis retentionem, vt vnum tantum sit naturale possessionis genus
Dominium autem iuris gentium intelligo quod natura
220 magistra nobis propriè quęrere cœpimus.[u] Iuris verò [u] l. 1. sup. t. l. 1. h. t.
ciuilis, cuius quis, & iure suæ ciuitatis & lege propria dominus sit. Inter proprietatem verò & dominium tantùm nominis sonus differt,[x] nisi fortè (ne maligni iuris [x] l. vtifrui si vsus-
interpretes videamur) quum proprietatem & domini- fruc. pet.
um coniunctim dicimus, significãtius loqui videmur a [a] l. fœminę. C. de
221 aut aptius dicere proprietarium quàm dominum eum sec. nup. l. si pcura-
ad quem rei proprietas spectat, sed alienus est vsusfru- tor. t. 1. sup. l. per p
ctus quum vsufructuarium etiam in communi vsu sę- curatorem. C. eo.
pe dominum vocemus,[b] proprietatium nunquam, vt [b] l. 3. de vsufruc.
& dominum proprietatis aliquando dicimus. Rursus certè dominij proprietatem, verum hæc magis vtendi modo quàm significatione & natura discrepant. Ex quo hæc vocabula ex forensi vsu & arte iuris par est accipi non populari consuetudine, qua vtentes, & fru- [c] Episi. 7.
entes dominos appellatos, in quo festiue Cicero[c] lusit se vsu & fructu personę curij cõtentum esse affirmãs, quod id cuiusque proprium sit, quo quisque vtitur, atque fruitur.

Ad. §. Furioso. l. quod meo.

Si furioso quem sanæ mentis existimasti, eo quod forte in conspectu inumbratæ quietis fuerit constitutus, rem tradideris: licet ille non erit adeptus possessionem tu possidere desinis. Sufficit quippe dimittere possessionem, etiam si non transferas. illud enim ridiculum est dicere, quod nõ aliter quis vult dimittere quam si transferat, imò dimittere vult quia se transferre existimat.

Si furioso quem sanę mentis putabam possessionẽ
222 tradidi possidere desino, licet illa possessionem adeptus
nõ fuerit, nã in amittenda possessione affectio [d] eius q [d] l. 3. §. in amitten
possidet & tradit intuenda est, non eius qui possessio- da. l. qđ meo. h. t.
nem accipere debet. Iure itaque hic tradentis opinio possessionis amissionem peperit, qua ratione in specie

e l. si me in vacuã. h.t.

Vlpianus[e] possessor alium in corneliani vacuam possessionem mittens qui, de Semproniano intellexit, & eo ingressus est, nec possessionem amittit, quia ea volũtate alium mittebat, vt eam nancisceretur, nec is qui missus est eam sibi acquirit quod mittentis affectionẽ non esset sequutus, aliud pro alio nactus. Aduersus etiam colonum qui eum cui vendidi ingredi prohibuit, interdictum Vnde vi habeo, quia nihil interest me an alium qui mea voluntate ingredi velit prohibeat, nec ante possessionem amitto quàm ea emptori erit tradita quippè cuius interest traditione rei obligatione ex vendito exolui.[f] Hac ratione si procuratori tuo rem venditam trado, etiam si non tuo nomine me ignorante rem accipiat, amitto tamen possessionem,[g] secutus à tuo procuratore animum cedẽdæ habuisse videor quod eo modo obligatione si non ipso iurè solutus, ac exceptione mandati tutus sum. Sin ego sciui illum suo nomine accepisse sed eo animo vt eam tibi postea cederet etiã nõ desinam possidere, donec tibi cesserit.[h] Interest enim me actione exemplo liberari, quod traditio præstat. Si[i] item mandaui alicui vt emptori traderet, priusquam id fieret, nec emptor in possessionem per se rectè venerit, nec ego possessionem amisero, hic prior ratio vacillat, sed illa viget, quæ ait in amittenda possessione eius qui possidet vel tradit animum inspiciendum non eius qui ingreditur vel accipit.

223

224

225

226

f l. cum fundũ in f. de vi, & vi arm.
g l. possessio in fi. l. si me in vacuam §. sed & si non mihi h.t.
h l. nec vtilem ex q.ca.ma.
i l. fundi venditor h.t.

Ad. l. Cum hæredes.

Cum hæredes instituti sumus, adita hæreditate omnia quidem iura ad nos transeunt. possessio tamen nisi naturaliter comprehensa ad nos non pertinet.

Nondum cuiquam, quid sit Iuris esse, & facti, satis exploratum arbitror: hoc certè liquet id perpetuũ nõ esse, quod verba, vt id iuris sit, cuius essentiã Lex supplet ostendunt[k] Nam vt ex plurimis iurisconsultorũ[l] responsis patet, aliquid in iuris verbo præcipuè est, q[uo]d in facti verbo reperitur minime, quippe quod vnam tantùm rem significat. Vt igitur aliquando in tenebris offendentibus lumen præferamus res intra hos termi-

227

k vt sup. diximus ad. §. pupillus. l. 1.
l l. 1. §. scæuola si quis test. lib. esse ius fu. l. possessio quoq[ue] h.t. l. si vn[us] §. pactus ne peteret de pac. l. stichũ §. naturalis de sol. §. quos autẽ insi. de bon. poss.

228 nos statuenda est Defuncto quopiam res[m] eius vniuer
sę vacantes quasi, caducæq; veluti postliminio iure
quodam in pristinam reuertebantur caussam: ei (vtq;
Marcianus[n] docet) qui primus earum quidem rerum
iterum possessionem apprehenderit concedebantur: ita
vt quandiu aliquis hæres factus non fuerit nullius in
bonis, nisi iuris indulgentia Romanis Ciuibus consul-
tum foret, esse crederentur: Constitutum namq; fuit vt
domini post mortem quodam ius[o] succederet, qđ eius
vicem gereret, cuius inde virtute, vt fictè adhuc domi-
nus in rerum natura[p] esse crederetur, dominium persi-
steret ac perduraret: hoc ius hæreditas appellatum fuit,
quod & quum sine rebus[q] esse possit sola voluntate[r]
adquiri solet. Licet possessio qua de agimus solo ani-
mo, nisi naturalis (vt Paulus[s] docet) apprehensio præ-
229 cesserit adquiri non possit: Qua ratione hæreditati fur
tum fieri scæuola[t] negat quoniã possessioni fieri solet,
quæ facti, animiq; est, possessione verò hereditas caret
230 Animum autem hic haud pro iure quod facto opponi-
tur accipitur, sed pro voluntate, atq; (vt iam supra do-
cui) possidendi affectu. Sed quia hæreditas in hæredē
id tantum quod hæreditatis est transfundit, nõ fuit au
tem hęreditatis possessio, idcirco neq; hæredis. Quum
igitur huius rei exemplis Pandectę nempe abundent
231 hoc vnum ex Cicerone[u] tantum exscribam. Illuseras
heri inter scyphos, quod dixeram controuersiam esse.
possetne hęres, quod furtum antea factum esset, rectè
furti agere. Itaq; & si domum bene potus, seroq; redie
ram, tamen id caput, vbi hæc controuersia est notaui, &
descriptum tibi misi, vt scires id, quod tu neminem sen
sisse dicebas, Sex: Helium. M. Manilium. M. Brutum
sensisse. Ego tñ Scæuolę, & Testę assentior hęc ille.

[m] l. 1. in prin. de re. r. diu.

[n] l. in tantũ de rer. diu.

[o] l. nihil aliud de verb. sig.

[p] l. hęreditas. 1. & 2. de adq. rer. dom.

[q] l. 3. §. bonorum de bon. poss. l. hęreditas de pet. hęred. l. bonorũ appellatio de verb. sig. §. restitutam sf. de fideicom. hęred.

[r] l. pro hęrede. l. gerit de adq. hęred.

[s] l. 3. §. nerati⁹ h. t.

[t] l. 1. §. scęuola si quis testam.

[u] ad treb.

Ad. §. p. h. l.

In ijs qui in hostium potestatem peruenerunt, retinendo iura rerum suarum singulare ius est: corporaliter tamen possessionem amittunt, neq; enim possunt videri aliquid possidere, quum ipsi ab alio possideantur: sequitur ergo vt reuersis ijs noua possessione opus sit,

etiam si nemo medio tempore res eorum possederit.

Ius postliminij quamuis ius singulare sit, quę tamē agentiū verinque naturalia sunt & facti non supplet nec in ea quemquam restituit. [x] Itaque captiuitas possessio- 232
nem interpellat quam quis per se tenuit, nec in eam iure postliminij reuersus restituitur, quia certum est eum naturaliter possidere desiisse qui seruus est hostium: prę terea animum ei captiuitate excussum. [a] Qui enim pos sideret animo qui ab alio possidetur? sin per seruum po
ssidet qui in eadem possessione remaneat dum ab hosti- 233
bus reuertatur, postliminio eidem & possessum & vsucaptum intelligitur, quæ sententia fuit Iuliani [b] quam Triphoninus sequitur, à Marcello hac in re dissensiens qui nihil interesse existimabat dominus possideret an subiecta ei persona. Sed Iuliani sententia vt ait Tripho
ninus sequendum est, id est sententia Iuliani sequenda 234
est. Illud enim authore Valla [c] potius participium est aut nomen quàm gerundium. Quid ad id probandum Iulianum & Triphoninum impulerit facilè conijciet qui quomodo possessio acquiratur teneat, nempe animo & corpore. [d] Nam postliminiū quum iura restituat & animum possidendi qui ius [e] est pariter redintegrat,
hoc est ciuilem possessionem, quod ius tantùm acquirē- 235
dæ & retinendę possessionis deerat quam dominus serui corpore tenebat. Ex quo non parum refert per se quis an per seruum vt potest possideat vel quem dominus custodem possessionis constituisset, vel cui peculiū permisisset. vt eleganter Triphoninus ex Iuliani sententia
respondit. Nam eorum quę per semetipsum dominus 236
possideat vsucapio captiuitate in pendenti non est, sed planè interrumpitur, quod certum est possidere desiisse qui ab alio possideat.

[x] l. in bello. § . factæ infr. de cap. & post. reu. l. verum infr. de reg. iu. l. de niq; cū seq. ex q. ca. ma.
[a] l. quod seruus in verb. ciuiliter videl. animo dn̄i & l. possessio quoque ī verbo iuris. videl. animi h. t. l. stipulatio ista. §. hęc quoque de verb. obl.
[b] d. l. in bello. §. factæ.
[c] lib. 1. eleg. c. 29
[d] l. quemadmodū h. t.
[e] h. l. in fi. ibi quā ciuiliter. d. l. possessio quoque in verbo sed & iuris. l. 3 in verbo vt quod deest iuncta. l. possessionē pupillum ibi non vt animo & l. quod seruus in verbo ciuiliter h. t.

Ad. l. possessionem pupillum.

Possessionem pupillum sine tutoris authoritate amittere posse constat, non vi animo, sed vt corpore desinat possidere, quod enim facti est, potest amittere.

alia caussa est, si forte animo possessionem velit amittere hoc enim non potest.

[1]Pupillus sine tutoris authoritate rem ex vendito tra
dēs possessionem quidem amittit non vt animo natura
lē [f] possidere desinat, sed vt corpore tantùm, ergo pos-
sessionem corporalē deperdit. quia quod facti est amit-
tere potest. Aliud censendum est si quam animo retine-
bat nempe naturalem amittere velit. Quoniàm ipsi re-
237 rum alienatio quæ consensu & animo constat, animus
autem pupilli tutoris & legis voluntate continetur, di
xi legis quod hęc interdictio Seueri oratione [g] repetita
alienationem tutori caussa tantum cognita permittit: si-
ne tutoris authoritate & legis interdicta est. Et quam-
quam hęc pupilli alienatio multo magis ipso iure nul-
la est, quum eius incommodum agitur, quàm furiosi. [h]
Quandoquidem pupillus furioso multis iuris partibus
238 tam in acquirendo quàm in retinendo fauorabilior [i] est
ita vt nec ꝑ de euictione teneatur, etiam si tutor author
adfuerit nisi caussa cognita, nec emptori publiciana cō-
petat nec possessionis accessio. [k] Ex corporis tamē tra
ditione emptor vsucapiendi caussam a pupillo capit, si
239 pubertem putauit, vt hic plus sit ī re, id est corporis tra
ditione quàm in existimatione, tametsi vtrumq; neces-
sarium sit. Ergo pupillus, inquiet aliquis, sine tutoris
authoritate alienat, quia vix est vt non alienare videa-
240 tur qui patitur vsucapi? [l] Non ita certe est, nam quan-
do pupillus pati incipiet nempe quum animum & vo
luntatem per se habebit, quo tempore non pupillus, sed
iam pubes alienat, si modò possessionem interdicto an-
te non euicerit, quod potius aut rem vendicarit ex ven
ditione quæ nullius momenti sit, traditam.

[f] l. pupill9 sup. t. 1.
[g] l. 1. de reb. eor. l. 3. C. de in inte. re. si. mi.
[h] l. 2. §. si à furioso inf. pro emp.
[i] l. in negotijs inf. de reg. iu. vbi dec. l. quæcunq;. §. fin. de public.
[k] d. §. si à furioso cū. §. sup. eiusdē. l.
[l] l. alienationis inf. de verb. sig.

Ad. §. Quod per colonum. l. qui vniuersas.

Quod per colonum possideo, hæres meus nisi ipse nactus sit possessionem non poterit possidere, retinere enim animo possessionem possumus, adipisci non possumus, sed quod pro emptore possideo, per colonū etiam vsucapiet hæres meus.

Aliud eſt acquirere poſſeſſionem, aliud rem poſſide-
re: acquirimus ciuiliter [m] & naturaliter, poſſidemus
alio [n] genere vt puta pro poſſeſſore: qua de cauſſa re- 241
ſponſum fuit hæredem meũ rem quam acquiſiueram
veluti pro emptore, per colonum etiã poſſidere & vſu
capere [o] poſſe. ſecus exiſtimandum ſi per colonum po
ſſideo. Nec enim prius hęredem meum poſſidere incipe
re quàm ipſe nactus fuerit poſſeſſionem. [p]

[m] l. 1. l. 3. §. neratius. l. quẽadmodũ. h. t.
[n] l. 3. §. ex contrario &. §. genera h. t. l. 2. vti poſſ.
[o] §. poſſidere inſt. de interd.
[p] l. cum hæredes h. t. l. 1. §. ſcæuola ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſu.

Ad. l. Quæſtio. de Verb. ſignif.

Quæſtio eſt fundus à poſſeſſione, vel agro, vel prædio quid diſtet. Fundus eſt omne quicquid ſolo tenetur. Ager eſt ſpecies fundi, qui ad vſum hominis comparatur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat. quicquid enim apprehendimus cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo vſus eſt. ager proprietas loci eſt. Prædium vtriuſq; ſupraſcriptæ rei generale nomen eſt. Nam & ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

Quęritur quid poſſeſſio ab agro diſtet, & Iabolen⁹
reſpondit iuris proprietate diſtare. Eſt enim ager Titij 242
qui illius iure proprius eſt, ac poſſeſſio Titij cuius Ti-
tij eſt vſus, [q] atq; ita vtriuſq; genus eſt prędium. Nã
& ager & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt ex
quo facile perſpicias poſſeſſionem hic magis conſuetu-
dinis eſſe vocabulum quam artis, quod in eo reſponſũ
eſt qui ſuas poſſeſſiones legaſſet, & alibi probaui [r] Nã
ſi pro artis vocabulo accipias, vt in hoc tit: quum ma-
ximè poſſeſſionem nihil commune cum proprietate ha
bere dicimus. Iam verò vt eleganter quęras quid poſ-
ſeſſio à dominio diſtet, ſic ineleganter reſpondeas iuris
proprietate, quum dominium & proprietas idem ex bo 243
norum authorum conſuetudine ſignificent. Vnus Fe-
ſtus Iaboleni ſenſum magis omnibus penetraſſe mihi

[q] l. deniq; ex q. ca. ma.
[r] l. interdum inſ. de verb. ſig. l. regulariter de pet. hęred. l. 2. co. pręd. l. lucius de euic. l. 1. §. ſed ſi rem ſiquid in fr. pat. l. mela. §. fi. de alim. & cib. leg. l. emilius de min. l. aurelio de lib. leg.

videtur. Is ſcribit poſſeſſiones veteri conſuetudine ap-
pellari agros latè patentes, publici priuatiq́ iuris, qui
non mancipatione ſed vſu tenebantur, & vt quiſq́ oc
cupauerat, ita poſſidebat & hoc ē quod Iabolenus ait,
poſſeſſionem ſola iuris proprietate ab agro differre.
Quicquid enim apprehendimus eius proprietas ad nos
non pertinet, aut non poteſt pertinere hoc poſſeſſionem
appellamus. Sed nos hoc in titulo de poſſeſſione agi-
mus quæ animo domini ab eo qui rei inſiſtit tenetur.
Ex quo Paulus[s] poſſidere definiuit, rem animo domi — s l. ſi ſeruus depoſi
ni detinere. Tenere autem naturaliter habere. Is enim — tus. §. 1. de nox. vi
ait qui pignori accepit, vel qui precario rogauit non te — de quæ ſcripſimus
244 netur noxali actione. Licet enim iuſte poſſideat, non ta — de poſſeſſionis di-
men opinione domini poſſidet. Opinione porrò quis — ffinitione.
domini poſſidet, qui ea mente & cogitatione poſſeſſio-
nem rei nanciſcitur, vt aliquādo dominium eius rei adi-
piſcatur, tametſi eius rei dominium, vt alienę nunquam
ſibi acquirat. Spectat enim eò & cogitat apprehenſor,
qui verè poſſeſſor appellari poteſt ſe aliquando rei do-
minum futurum. Id quod ex mutui contractu liquido
iudices. Debitor mutuaticius[t] obligatur non ad eadē — t l. 2. ſi cert. pet.
245 illa, ſed ad alia eiuſdem ſubſtantiæ, bonitatis, & qualita
tis. Hunc enim animum tam dantis quam accipientis
eſſe debere vtilitas eius contractus declarat. Mutuat
enim vnuſquiſq́, vt ait Theophilus, vt[u] eo vtatur, at — u §. 1. inſt. qb. mo-
q́ ita aliud pro eo exoluat, adeò vt ſi eadem reſtituere — re. cont. oblig.
cogatur, inutilis planè mutui inuentio futura ſit. Nec
verò audiendi ſunt qui Iabolenum differentiam poſſeſ
ſionis & agri ad legem 12. tabularum ſcripſiſſe dicunt.
246 Quo iure duplex tantummodo alienationis[x] ſpecies — x Cicero in top.
erat, quæ per nexum & per ceſſionem fiebat, quo qui- — vbi boet.
dem iure per vſucapionem proprietas non acquireba-
tur, licet iuris authoritate poſſeſſor tutus eſſet. Ex quo
& vſucapionem[a] authoritatem appellatam eſſe, vnde — a l. fin. de pign. ac.
247 vetus hoc Quot ſurreptum erit eius rei ęterna authori — Alc. parer. lib. 2.
tas eſto. Sed quum lege. 12. tabul. vſucapio teneat, in — c. 9.
quæ eadem qui vſuceperint & domini & proprietarij
dicantur, tradatq́ varro legitimum dominium ſex ferè
rebus perfici, hæreditatis iuſtę aditione, mancipatione,
in iure ceſſione, vſucapione, atq́ è prędа ſub corona
emptione ſiue ſectione. Tales opinatores in errore ma-
nifeſto deprehenſos quis non videt? Nec verò mouere
248 nos debet, quod authores huiuſmodi poſſeſſores, iſq́
uſus authoritas appelletur, quum ea gratia dicatur q̃d

proprietas vel dominium vsucapione partum, reliquis & sanctius & tutius iure fit, nisi verò similius est Modestinum de agris vectigalibus, vel non vectigalibus loqui, itemq; de embateuticis, b & perpetuarijs prædijs. Nam is ager ciuitatum proprius est possessio emphiteutę ab agro iuris proprietate distincta, & vt ciuitatis non possessionem sed agrum dicimus, sic emphiteutæ non agrum sed possessionem, illud prędium vocamus quod in emphiteusim accepit. Quicquid enim apprehendimus cuius proprietas ad nos non pertinet, nec pertinere potest hoc possessionem appellamus. Promiscuè tamen prędium ciuitatis & emphiteutę dicere solemus, quia id generale nomen est, agrum & possessionem species complectens. Ex quo rectè proprietas ciuitatis erit possessio coloni, qui licet dominus non efficiatur in rem tamen actionem aduersus quemuis possessorem habet, sed aduersus ipsos municipes. c Quamquam propriè emphiteusis & embatia potius iura sunt prædij quàm prædia.

b l. 3. §. si ius de re b. eo. qui sub tut. &c. l. bonorum de verb. sig. l. fin. de superfi. l. 1. si ager vec. &c. Alc. pater. 1. c. 36.

c l. 1. si ager vec. &c.

FINIS.

